

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breviarium benedictinum - Cod. St. Blasien 19 bis 23

Pars Aestivalis - St. Blasien 22

Gerbert, Martin

[St. Blasien], [um 1774 - 1777]

De tempore

[urn:nbn:de:bsz:31-48908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-48908)

In die Sancto Pentecostes.

Solennitas I. clavis.

Cum octava maiore privilegiata.

Ad I. Vesperas antiphona.

1. Spiritus meus erit in medio vestrum: & nolite timere, dicit Dominus exercituum, alleluia. Ag. 2.
2. Dabo vobis cor novum, & spiritum meum ponam in medio vestri, alleluia. Ezech. 36.
3. Ille me clarificabit, & quia de me accipiet, & annuntiabit vobis, alleluia. Io. 16.
4. Veni spiritus, et insuffla super interfectos, & revivifcant, alleluia. Eccl. 37.

Lectio act. 2.

Erit in novissimis diebus, dicit Dominus, effundam de spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri, et filie vestre: et invener vestri visiones videbunt, et seniores vestri somnia somniabunt.

Gr. Emittere spiritum tuum, et creabuntur:
alleluia, alleluia:

V. Et renovabis faciem terre. Ps. 105.

Hymnus ex Rom. cor.

1. Veni creator spiritus,
Mentes tuorum visita: &
imple superna gratia,
Quo tu creasti pectora.
2. Qui barachius diceris,
Fons vivus, ignis, charitas,
Et spiritalis unctio.
3. Tu septiformis munere,
Textra paterno digitus, &
Tu rite promissum patris,
Sermone dilans guttura.

Propri. de Temp. j.

P. A.

i.

Ad Primam prophetam genuflectitur.



4. Accende lumen sensibus,
 Infunde amorem cordibus: x
 Infirma nostri corporis
 Virtute firmans perpeti.

5. Hostem repellas longius,
 Pacemque dones mentalibus: x
 Ductore sic te previo
 Vitemus omne noxium.

6. Per te sciamus, Pa, Patrem,
 Noscamus atque Filium, x
 Te utriusque Spiritum
 Credamus omni tempore.

7. Sit laus Patri, laus Filio,
 Tibique sancte Spiritus: x
 Afflante quo mentes sacris
 Lucent, et ardent ignibus. Amen.

Hoc clausula dicitur in fine hymnorum
 per octavam.

V. Pluviam voluntariam segregabis Deus, allel.

R. Hereditati tuae, alleluia. Ps. 64.

ad Magnif. ant. Siquis sitis, veniat ad me,
 et bibat, et flumina de ventre eius fluent
 aquae vivae: x hoc autem dixit (Jesus) de Spi-
 ritu, quem accepturi erant credentes in eum,
 alleluia. Joan. 7.

Oratio San. Greg.

Sancti Spiritus, Domine, corda nostra mundet
 infusio: et sui rosis intima aspersione sa-
 cundet. Per Dominum... in unitate curdem.

Ad Vigiliis Nocturnas.

Invit. alleluia. Spiritum veritatis, qui a
 Patre procedit: x venite adoremus, alleluia.
 Jo. 15.

Hymnus ex brev. Rom.

1. Jam Christus astra scandens,
 Reversus, unde venerat: x
 Suis Paterno munere
 Sanctum daturus Spiritum.

- 2. Dies sollemnis fulserat,
olim Deus qua patribus *
Coruscus inter fulgura
In monte legem dederat.
- 3. Legem daturus nunc novam,
Apostolis orantibus, *
Tonante caelo nuntiat,
Venisse sanctum Spiritum.
- 4. De Patris ergo sedibus
Divinus ignis advehit; *
Qui fida Christi pectora
Amoris igne repleat.
- 5. Impleta gaudent pectora
Incensa sancto Spiritu, *
Linguis loquuntur variis,
Fantur Dei magnalia.
- 6. Te nunc Deus piissime
Vultu precamur cernuo: *
Illapsa nobis caelitus
Largire dona Spiritus.
- 7. Sit laus Patri, laus Filio,
Tibi que sancte Spiritus: *
Afflante quo mentes sacris
Lucent et ardent ignibus. amen.

Hic genuflectitur.

In I. octavo, antiphona.

- 1. Jam nunc veniam in caligine nubis, ut
audiat me populus loquentem, * et credat in
perpetuum, alleluia. Exod. 19.
- 2. Vade ad populum, et sanctifica eos; * et sint
parati, alleluia. ib.
- 3. Descendet Dominus coram omni plebe *
super montem Sinai, alleluia. ibid.
- 4. Ceperunt audiri tonitrua, ac micare
fulgura, * et nubes densissima operire
montem, alleluia. ibid.
- 5. Descendit Dominus super Sinai in igne, *
eratque omnis mons terribilis alleluia. ibid.
- 6. Ad montem Sinai descendisti, * et dedisti eis
iudicia recta, et legem veritatis, alleluia. 2. Ps. 9.

4.
V. Terra mota est, alleluia:
R. Caeli distillaverunt a facie Dei Sinai, al-
leluia. Ps. 67.

Lectio I.

De libro Deuteronomii. cap. 5.

Vocavit Moyses omnem Israel, et dixit ad
eum: audi, Israel, ceremonias atque iudicia,
quae ego loquor in auribus vestris hodie: discite
ea, et opere complete. Dominus Deus noster
pegigit nobiscum foedus in Horeb. Non cum
patribus nostris in illo pacto sed nobiscum,
qui in profecturam sumus et vivimus.
Facies ad faciem locutus est nobis in monte de
medio ignis. Ego sequester et mediator fui inter
Dominum et vos in tempore illo, ut annun-
tiarem vobis verba eius. Et scripsit ea in
duabus tabulis lapideis, quas tradidit mihi.

R. Numerabitis vobis ab altero die sabbati a-
Eymorum quinquaginta dies; et sic offeretis
sacrificium novum Domino: et vocabitis
hunc diem celeberrimum atque sanctissimum,
alleluia, alleluia. V. Cum compleretur dies
Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco;
et repleti sunt Spiritu sancto. et vocabitis.
Levit. 23. act. 2.

Lectio II.

Vos autem postquam audistis vocem de medio
tenebrarum, et montem ardere vidistis, accu-
sistis ad me omnes principes tribuum, et ma-
iores natu, atque dixistis: ecce ostendit nobis
Dominus Deus noster maiestatem et magnitu-
dinem suam: vocem eius audivimus de medio
ignis, et probavimus hodie, quod loquente deo
cum homine vixerit homo. Cur ergo moriemur,
et devorabit nos ignis hic maximus? Si enim
audierimus ultra vocem Domini Dei nostri, mo-
riemur. Quid est omnis caro, ut audiat vocem
Dei viventis, qui de medio ignis loquitur,

55
sicut nos audivimus, et populi vivere? Tu magis
aude, et audi cuncta, quae dixerit Dominus Deus
nos per tibi: loqueris ad nos, et nos audientes fa-
ciemus ea.

R. Dominus de Sinai venit, et in dextera eius
ignea lex, et *R.* qui appropinquant pedibus
eius, accipient de doctrina illius, alleluia.

V. Accipietis virtutem supervenientis Spiri-
tus sancti in vos. *R.* qui. Deut. 33. ad. j.

Lectio III.

De actibus apostolorum. cap. 2.

Cum complerentur dies Pentecostes, erant
omnes pariter in eodem loco: et factus est
repente de caelo sonus tamquam advenientis
Spiritus vehementis, et replevit totam domum,
ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis disper-
sae linguae tamquam ignis, seditque supra
singulos eorum: et repleti sunt omnes Spiritu
sancto, et ceperunt loqui variis linguis, prout
Spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant autem
in Jerusalem habitantes Iudei, viri religiosi,
ex omni natione, quae sub caelo est.

R. Ecce dies venient, et faciam domui Israel
foedus novum: et dabo legem meam in visc-
eribus eorum, alleluia. *V.* Cum venerit
Spiritus veritatis, docebit vos omnem veri-
tatem. *R.* Dabo. Jer. 31. Ioan. 16.

Lectio IV.

Facta autem hac voce convenit multitudo,
et mente confusa est; quoniam audiebat
unusquisque lingua sua illos loquentes.
Stupebant autem omnes, et mirabantur,
dicentes: nonne ecce omnes isti, qui loquun-
tur, Galilei sunt? et quomodo nos audivi-
mus unusquisque linguam nostram, in
qua nati sumus? Stupebant autem omnes

Et mirabantur ad invicem dicentes: quidnam hoc vult esse? alii autem irridentes dicebant, quia musto pleni sunt isti.

R. Non accepistis ad ignem et turbinem: sed accepistis ad novi testamenti mediatorem Iesum: & videte; ne recusetis loquentem; alleluia. *V.* En proferam vobis Spiritum meum, et ostendam vobis verba mea. & videte. *V.* gloria. & videte. *Hebr. 12. Prov. 1.*

In II. octavo antiphono.

1. Si non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: & si autem abiero, mittam eum ad vos, alleluia. *Jo. 16.*
 2. Cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, et de iudicio, alleluia. *ibid.*
 3. Spiritum veritatis mundus non potest accipere: & quia non videt eum, nec scit eum; alleluia. *Jo. 14.*
 4. Vos autem cognoscetis eum: & quia apud vos manebit, et in vobis erit, alleluia. *Jo.*
 5. Ego mitto promissum Patris mei in vos: & alleluia, alleluia. *Luc. 24.*
 6. Sedete in civitate, & quoadusque induamini virtute ex alto, alleluia. *ibid.*
- V.* Dominus virtutem populo suo dabit, alleluia.
R. Dominus benedicet populo suo in pace, alleluia. *Pf. 28.*

Lectio V.

Sermo sancti Augustini episcopi.
Serm. 155. De verb. apost.

Celebratum est Pascha in veteri populo; nondum in luce fulgente, sed in umbra significante celebratum est: et post quinquaginta dies a celebratione Pascho datur lex in monte

serum in timore. Nam ergo non in timore,
sed in dilectione, ut non serui, sed filii simus.
Qui enim adhuc ideo bene agit, quia poenam
timeat, Deum non amat, nondum est interfi-
lios. Timor servus est, charitas libera est, et,
ut sic dicamus, timor est servus charitatis.
Ne possideat diabolus cor tuum, procedat ser-
uus in corde tuo, et seruet Domino venturo
locum. Fac, fac vel timore pœna si nondum
vales amore iustitiae. Veniet domina, et ser-
uus abscedet: quia consummata charitas foras
mittit timorem. Non enim accepistis spiri-
tum servitutis iterum in timore. Novum
testamentum est, non vetus. Vetera transie-
runt, et ecce nova facta sunt omnia: omnia
autem ex Deo.

R. Quicumque Spiritu Dei aguntur, ii sunt
filii Dei: non enim accepistis Spiritum servi-
tutis iterum in timore; sed accepistis Spi-
ritum adoptionis filiorum, alleluia. V. Quo-
niam estis filii, misit Deus Spiritum Filii
sui in corda vestra. R. accep. V. gloria. R.
accepistis. Rom. 8. Gal. 4.

In III. et nocturno.

Ant. Filii Sion exultate et letamini in
Domino Deo vestro, quia dedit vobis doctorem
iustitiae; et descendere faciet ad vos imbrem
matutinum et serotinum sicut in principio,
alleluia, alleluia. Joel. 2.

Canticum I. Judith 16.

Hymnum cantemus Domino; et hymnum no-
vum cantemus Deo nostro.

Adonai Domine, magnus es tu, et preclarus in
virtute tua, et quom superare nemo potest.

Tibi servia omnis creatura tua; et quia dixisti,
et facta sunt:

Misisti Spiritum tuum, et creata sunt; et non est
qui resistat voci tuo.

montem Sinai, alleluia. V. Factus est
 repente de caelo sonus, tamquam adve-
 nientis spiritus vehementis. & descen-
 Exod. 19. vers. 2.

Lectio VII.

Lex ergo spiritus vite scripta in corde, non
 in lapide, in Christo Jesu, in quo celebratum
 est verissimum Pascha, liberavitte a lege
 peccati et mortis. Nam ut noveris ipsam
 esse distantiam evidentissimam veteris et
 novi testamenti: unde et dicit apostolus: non
 in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis car-
 nalibus: Dominus apud Prophetam dicit:
 ecce dies veniunt, et consummabo super
 domum Jacob testamentum novum, non
 secundum testamentum, quod constitui
 patribus eorum, in die, qua adprehendi ma-
 num eorum, et eduxi eos de terra Egypti.
 Deinde ipsam differentiam evidenter osten-
 dens, dicit, inquit, leges meas in cordibus eo-
 rum; in cordibus, inquit, eorum super scri-
 bam eas. Si ergo scribatur lex Dei in corde
 tuo, non foris terreat, sed intus mulceat:
 hinc lex spiritus vite in Christo Jesu libera-
 vitte a lege peccati et mortis.

R. Melioris testamenti mediator est Chri-
 stus, & quod in melioribus promissionibus
 sancitum est, alleluia. V. Venient, et appo-
 nentur ad Dominum foedere sempiterno, quod
 nulla oblivione delebitur. quod. Hebr. 8. Jer. 50.

Lectio VIII.

Forse dicturi eratis: et lex sufficit nobis. Lex
 timorem dedit; et videte, quid hic subiunxit
 apostolus, cum diceret: quotquot enim spiritu
 Dei aguntur, hi filii sunt Dei: quia cum spi-
 ritu Dei aguntur, charitate aguntur; secutus
 adiunxit: non enim accepistis spiritum servitutis

iterum in timore. Jam ergo non in timore,
sed in dilectione, ut non serui, sed filii simus.
Qui enim adhuc deo bene agit, quia poenam
timet, Deum non amat, nondum est interfi-
lios. Timor servus est, charitas libera est, et,
ut sic dicamus, timor est servus charitatis.
Ne possideat diabolus cor tuum, procedat ser-
vus in corde tuo, et seruet domino venturo
locum. Fac, fac vel timore pœne si nondum
notes amore iustitiae. Veniet domina, et ser-
vus abscedet: quia consummata charitas foras
mittit timorem. Non enim accepistis spiri-
tum servitutis iterum in timore. Novum
testamentum est, non vetus. Vetera transie-
runt, et ecce nova facta sunt omnia: omnia
autem ex deo.

R. Quicumque Spiritu Dei aguntur, iustus
filii Dei: non enim accepistis spiritum servi-
tutis iterum in timore; sed accepistis spi-
ritum adoptionis filiorum, alleluia. Quia
nam estis filii, misit deus spiritum filii
sui in corda vestra. et accepistis. Gloria. et
accepistis. Rom. 8. Gal. 4.

In III. vespertino.

Ant. Filii sion exultate et letamini in
domino deo vestro, quia dedit vobis doctorem
iustitiae; et descendere faciet ad vos imbrem
matutinum et serotinum sicut in principio,
alleluia, alleluia. Joel. 2.

Canticum I. Judith 16.

Hymnum cantemus domino; et hymnum no-
vum cantemus deo nostro.

Adonai Domine, magnus es tu, et proclarus in
virtute tua, et quem superare nemo potest.
Tibi servia omnis creatura tua; et quia dixisti,
et facta sunt:
Misi spiritum tuum, et creata sunt; et non est
qui resistat voci tuo.

Montes a fundamentis movebuntur cum aquis: &
petrae sicut cera liquefient a facie tua.
Qui autem timeant te, & magni erunt apud te per
omnia.

Canticum II. Isa. 59.

Timebunt, qui ab occidente, nomen Domini, & et
qui ab ortu solis, gloriam eius:
Cum venerit quasi fluvius violentus, & quem
Spiritus Domini cogit:
Et venerit sicut redemptor, & et eis, qui redeunt ab
iniquitate in Jacob, dicit Dominus.
Hoc foedus mecum cum eis, & dicit Dominus:
Spiritus meus, qui est in te, et verba mea, quae
populi in ore tuo, & non recedent de ore tuo,
et de ore seminis tui,
Et de ore seminis seminis tui, & a modo et usque
in sempiternum.

Canticum III. Ezech. 36. et 37.

Tollam vos de gentibus, et congregabo vos de uni-
versis terris: & et adducam vos in terram
vestram:
Et effundam super vos aquam mundam, et mun-
dabimini ab omnibus iniquitatibus vestris, &
et ab universis idolis vestris mundabo vos.
Et dabo vobis cor novum, et spiritum meum
ponam in medio vestri, & et auferam cor lapi-
deum de carne vestra, et dabo vobis cor carneum.
Et spiritum meum ponam in medio vestri, & et
faciam, ut in preceptis meis ambuletis, et
iudicia mea custodiatis, et operemini.
Et habitabitis in terra, quam dedi patribus ves-
tris, & et eritis mihi in populum, et ego ero
vobis in Deum.
Et scietis, quia ego Dominus, & cum dedero spiri-
tum meum in vobis, et vixeritis.
Ant. Filii Sion exultate et letamini in Domi-
no Deo vestro, quia dedit vobis doctorem iustitiae, &
et descendere faciet ad vos imbrem maiestatis et
serotinum sicut in principio, alleluia, alleluia, Gaels.

11.
V. Verbo Domini caeli firmati sunt, alleluia:
R. Et Spiritu oris eius omnis virtus eorum,
alleluia. Ps. 92.

Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad
Romanos. cap. 8.

Nihil nunc damnationis estis, qui sunt in Christo
Iesu, qui non secundum carnem ambulant.
Ex enim Spiritus vobis in Christo Iesu liberavit
me a lege peccati et mortis. Etiam quod impossi-
bile erat legi, in quo infirmabatur per carnem:
Deus Filium suum mittens in similitudinem
carnis peccati, et de peccato damnavit peccatum
in carne, ut iustificatio legis impleretur in
vobis, qui non secundum carnem ambulamus,
sed secundum Spiritum. qui enim secundum
carnem sunt, quo carnis sunt sapient: qui vero
secundum Spiritum sunt, quo sunt Spiritus
habitant.

R. Nunc soluti sumus a lege mortis, in qua
detinebamur, et ita ut serviamus in novitate
spiritus, et non in vetustate litterae, alleluia.
V. Vetera transierunt; eae facta sunt omnia
nova. et ut. Rom. 7. 2. Cor. 5.

Lectio X.

Nam prudentia carnis mors est, prudentia au-
tem Spiritus vita et pax: quoniam sapientia
carnis inimica est Deo; legi enim Dei non est
subiecta, nec enim potest. qui autem in carne
sunt, Deo placere non possunt. Vos autem in
carne non estis, sed in Spiritu: si tamen Spiri-
tus Dei habitet in vobis. Si quis autem Spiri-
tum Christi non habet, hic non est eius. Si
autem Christus in vobis est, corpus quidem mor-
tuum est propter peccatum, Spiritus vero
vivit propter iustificationem. Quod si Spiri-
tus eius, qui suscitavit Iesum Christum a mor-
tuis, habitet in vobis; qui suscitavit Iesum Christum
a mortuis, vivificabit et mortalia corpora

Montes a fundamentis movebuntur cum aquis: *
 petre sicut cera liquefient ante faciem tuam.
 Qui autem timent te, * magni erunt apud te per
 omnia.

Canticum II. *Isa. 57.*

Tinebuntur, qui ab occidente, nomen Domini, * et
 qui ab ortu solis, gloriam eius:

Cum venerit quasi fluvius violentus, * quem
 Spiritus Domini cogit:

Et venerit Sion redemptor, * et eis, qui redeunt ab
 iniquitate in Jacob, dicit Dominus.

Hoc foedus mecum cum eis, * dicit Dominus:

Spiritus meus, qui est in te, et verba mea, quae
 posui in ore tuo, * non recedent de ore tuo,
 et de ore seminis tui:

Et de ore seminis seminis tui, * amodo et usque
 in sempiternum.

Canticum III. *Ezech. 36. et 37.*

Tollam vos de gentibus, et congregabo vos de uni-
 versis terris: * et adducam vos in terram
 vestram:

Et effundam super vos aquam mundam, et man-
 dabimini ab omnibus iniquitatibus vestris, *
 et ab universis idolis vestris mundabo vos.

Et dabo vobis cor novum, et spiritum meum
 ponam in medio vestri, * et auferam cor lapi-
 deum de carne vestra, et dabo vobis cor carneum.

Et spiritum meum ponam in medio vestri, * et
 faciam, ut in praeceptis meis ambuletis, et
 iudicia mea custodiatis, et operemini.

Et habitabitis in terra, quam dedi patribus ves-
 tris, * et eritis mihi in populum, et ego ero
 vobis in Deum.

Et scietis, quia ego Dominus, * cum dederero spiri-
 tum meum in vobis, et vixeritis.

Ant. Filii Sion exultate et letamini in Domi-
 no Deo vestro, quia dedit vobis doctorem iustitiae, *
 et descendere faciet ad vos nubem matutinam et
 serotinum, sicut in principio, alleluia, alleluia, *Psalm.*

11.

V. Verbo Domini caeli firmati sunt, alleluia:
R. Et Spiritu oris eius omnis virtus eorum,
alleluia. Ps. 32.

Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad
Romanos. cap. 8.

Nihil nunc damnationis est vobis, qui sunt in Christo
Iesu, qui non secundum carnem ambulat.
ex enim Spiritus vobis in Christo Iesu liberavit
me a lege peccati et mortis. etiam quod impossi-
bile erat legi, in quo infirmabatur per carnem.
Deus Filium suum mittens in similitudinem
carnis peccati, et de peccato damnavit peccatum
in carne, ut iustificatio legis impleatur in
vobis, qui non secundum carnem ambulamus,
sed secundum Spiritum. qui enim secundum
carnem sunt, quo carnis sunt sapient: qui vero
secundum Spiritum sunt, quo sunt Spiritus
sentiant.

R. Nunc soluti sumus a lege mortis, in qua
detinebamur, et ita ut serviamus in novitate
spiritus, et non in vetustate litterae, alleluia.

V. Vetera transierunt; eae facta sunt omnia
nova. et ut. Rom. 7. 2. Cor. 5.

Lectio X.

Nam prudentia carnis mors est, prudentia au-
tem Spiritus vita et pax: quoniam sapientia
carnis inimica est Deo; legi enim Dei non est
subiecta, nec enim potest. qui autem in carne
sunt, Deo placere non possunt. Vos autem in
carne non estis, sed in Spiritu: si tamen Spiri-
tus Dei habitat in vobis. Siquis autem Spiri-
tum Christi non habet, hic non est eius. Si
autem Christus in vobis est, corpus quidem mor-
tuum est propter peccatum, spiritus vero
vivit propter iustificationem. Quod si Spiri-
tus eius, qui suscitavit Iesum Christum a mor-
tuis, habitat in vobis, qui suscitavit Iesum Christum
a mortuis, vivificabit et mortalia corpora

vestra propter inhabitantem Spiritum eius
in vobis.

R. Signati estis Spiritu promissionis sancte, &
qui est pignus hereditatis nostre, alleluia.
V. Auxilios nos Deus, qui et signavit nos; et
dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. &
qui. *Epht. j. 2. Cor. j.*

Lectio XI.

Ego, fratres, debitores sumus non carni, ut
secundum carnem vivamus. Si enim secun-
dum carnem vixeritis, moriemini: si autem
spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.
Quicumque enim Spiritu Dei agatur, ii
sunt filii Dei. Non enim accepistis spiritum
servitutis iterum in timore; sed accepistis
spiritum adoptionis filiorum, in quo cla-
mamus: abba, Pater. Ipse enim spiritus
testimonium reddit spiritui nostro, quod
sumus filii Dei. Si autem filii, et heredes,
heredes quidem Dei, coheredes autem Christi:
si tamen compatimur, ut et conglorificemur.

R. Effudit in nos Deus Spiritum sanctum
abunde per Jesum Christum Salvatorem
nostrum: & ut iustificati gratia ipsius,
heredes simus secundum spem vite eterne,
alleluia. *V.* Non spiritum huius mundi
accepimus; sed spiritum, qui ex Deo est. & ut.
Tit. 3. j. Cor. 2.

Lectio XII.

Scimus, quod omnis creatura ingemiscit,
et parturit usque adhuc. Non solum autem
illa, sed et nos ipsi primitias Spiritus ha-
bentes, et ipsi intra nos gemimus, adoptio-
nem filiorum Dei expectantes, redemptionem
corporis nostri. Spe enim salvi facti sumus.
Sper autem, quo videtur, non est spes; nam

quod videt quis, quid sperat? Si autem quod
non videmus, speramus, per patientiam ex-
spectamus. Similiter autem et Spiritus ad-
iuvat infirmitatem nostram: nam quid ore-
mus sicut oportet, nescimus, sed ipse Spiritus
postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.
Qui autem scrutatur corda, scit, quid desideret
Spiritus: quia secundum Deum postulat pro
sanctis.

R. Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris
per Spiritum sanctum, & qui datus est nobis,
alleluia, alleluia. *V.* Quam bonus, et suavis
est, Domine, Spiritus tuus in omnibus. & qui.
V. gloria. & qui. *Rom. 8. Sap. 12.*

Sequentia sancti Evangelii secundum
Joannem. *cap. 14.*

In illo tempore: dixit Iesus discipulis suis:
Si quis diligit me, sermonem meum serva-
bit, et Pater meus diliget eum, et ad eum
veniemus, et mansionem apud eum facie-
mus. Qui non diligit me, sermones meos
non servat. Et sermonem quem audistis,
non est meus, sed eius, qui misit me, Pater.
Hoc locutus sum vobis, apud vos manens.
Paracletus autem Spiritus sanctus, quem
misset Pater in nomine meo, ille vos doc-
bit omnia, et suggeret vobis omnia, quo-
cumque dixerit vobis. Pacem relinquo vo-
bis, pacem meam do vobis: non quomodo
mundus dat, ego do vobis. Non turbetur
cor vestrum, neque formidet. Audistis,
quia ego dixi vobis: vado et venio ad vos.
Si diligeretis me, gauderetis utique, quia
vado ad Patrem: quia Pater maior me
est. Et nunc dixi vobis prius quam fiat,
ut cum factum fuerit, credatis. Jam non

multa loquar vobiscum: venit enim princeps mundi huius, et in me non habet quidquam. Sed ut cognoscat mundus, quia diligo Patrem, et sic ut mandatum dedit mihi Pater, sic facio.

Ad Laudes Matutinas et horas antiphono.

1. Cum complerentur dies Pentecostes, et erant omnes discipuli pariter in eodem loco, alleluia. act. 2.

2. Factus est repente de caelo sonus tamquam advenientis spiritus vehementis, et replevit totam domum, alleluia. ibid.

3. Apparuerunt illis dispersite lingua tamquam ignis, et seditque super singulos eorum, alleluia. ibid.

4. ad Laudes. Cantemus Deo nostro, quia dixisti (Domine) et facta sunt, et misisti Spiritum tuum, et creata sunt; alleluia, alleluia. Judith 16.

5. Repleti sunt omnes Spiritu sancto, et ceperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis, alleluia. act. 2.

Lectio Ephes. 4.

Unicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi; propter quod dicit: ascendens in altum captivam duxit captivitatem, et dedit dona hominibus.

Sp. br. Deus dedit vocem suam, meta est terra, et alleluia, alleluia.

V. Dominus virtutum nobiscum. Ps. 46.

1. Beata nobis gaudia,
anni reduxit orbita: *
Cum septiformis Spiritus
glapsus est apostolis.
2. Ignis micante lumine
Lingua figuram dehulit: *
Verbis ut essent proflui,
Et charitate fervidi.
3. Stupente turba gentium,
Linguis loquuntur omnium: *
Vatum sonant oracula,
Quidquid profantur, ignis est.
4. Patrata sunt hoc mystice
Pascha peracto tempore: *
Sacro dierum circulo,
Quo lege fit remissio.
Hic genuflectitur.
5. Te nunc Deus piissime,
Vultu precamur cernuus: *
Delapsa nobis coelitus
Largire dona spiritus.
6. Tuum sacra pectora
Tua replesti gratia: *
Dimitte nostra crimina,
Et da quieta tempora.
7. Sit laus patri, laus Filio,
Tibi que sancte Spiritus: *
afflante quomentes sacris
Lucent et ardent ignibus. amen.
- V. Eue dabit Dominus voci suo vocem virtutis,
alleluia.
- R. Dale gloriam Deo, alleluia. Ps. 67.

Ad Bened. ant. Paraclitus Spiritus
sanctus, quem mittet Pater in nomine
meo, ille vos docebit omnia: * et suggeret vobis
omnia, quaecumque iuxero vobis, allel. Joan. 14.

Deus, qui hodierna die corda fidelium
Sancti Spiritus illustratione docuisti: Da
nobis in eodem Spiritu recta sapere; et de
eius semper consolatione gaudere. Ber-
tonum... in unitate eiusdem.

Ad Tertiam.

Hymnus hodie et per octavam: Veni crea-
tor Spiritus. ex I. Vesperis.

Lectio 2. Cor. 5.

Si ministratio mortis litteris deformata
in lapidibus, fuit in gloria, ita ut non pos-
sent intendere filii Israel in faciem Moysi,
propter gloriam vultus eius: quomodo non
magis ministratio Spiritus erit in gloria?

V. Exultavit de celo Dominus, alleluia:

R. Et altissimus dedit vocem suam, allel. Ps. 17.

Ad Sextam. Lectio Eul. j.

Creavit Deus sapientiam in Spiritu sancto,
et effudit illam super omnem carnem se-
cundum datum suum, et probavit illam
diligentibus se.

V. Quam magna multitudo dulcedinis tuo
Domine, alleluia:

R. Perfecisti eis, qui sperant in te, allel. Ps. 30.

Ad Nonam. Lectio j. Cor. 12.

Unicuique datur manifestatio Spiritus ad
utilitatem: alii quidem per Spiritum datur
sermo sapientie, alii autem sermo scientie
secundum eundem Spiritum. Hoc autem
omnia operatur unus atque idem Spiritus,
dividens singulis, prout vult.

V. Non sunt loquela, neque sermones, alleluia:

R. quorum non audiantur voces eorum, allel. Ps. 18.

Ad II. Vesperas antiphona.

i. Vox tera Dei exaltatus Jesus, et promissione spi-
ritus sancti a Patre, et effudit hunc, quem vos
videtis et auditis, alleluia. Act. 2.

2. Sanctificati estis in nomine Domini nostri
Jesu Christi; & in Spiritu Dei nostri, alle-
luia. 1. Cor. 6.

3. Nolite contristare Spiritum sanctum Dei; &
in quo signati estis in diem redemptionis, alle-
luia. Eph. 4.

4. Implemini Spiritu sancto & gratias agentes
semper pro omnibus Deo et Patri, alleluia. Eph. 5.

Lectio Tit. 2.

Deus secundum suam misericordiam salvos
nos fecit per lavacrum regenerationis et reno-
vationis Spiritus sancti, quem effudit in nos
bunde per Jesum Christum Salvatorem nostrum.
A iustificati gratia ipsius, heredes simus se-
cundum spem vite eterne.

Et. Et Spiritus Domini replevit orbem terra-
rum: & alleluia, alleluia.

1. Et hic, qui continet omnia, scientiam habet
votis. Sap. 1.

Hymnus: Veni Creator. ex I. Vesperis.

2. Manda Deus virtuti tuae, alleluia:

Et. Confirma hoc Deus, quod operatus es in no-
bis, alleluia. Ps. 135.

De Magnif. ant. Siquis diligit me, sermo-
nem meum servabit, et Pater meus diliget
eum: & ad eum veniemus, et mansionem
apud eum faciemus: alleluia, alleluia.
Joan. 14.

Feria II. Pentecostes.

Solemnitas I. clavis. jr. lect.

Totum officium his duobus diebus, ut in
die Pentecostes, exceptis quo sequuntur.

In I. et nocturno.

Lectio I.

De actibus apostolorum. cap. 2.

Stans Petrus cum undecim, levavit vocem
suam, et locutus est eis: viri fratres, et qui ha-
bitatis Hierusalem, universi, hoc vobis notum

Et auribus percipite verba mea. et non enim,
sicut vos estimatis, hi ebrii sunt, cum sit hora diei
tertia. Sed hoc est, quod dictum est per prophetam
Isaia: Et erit in novissimis diebus, dicit Dominus,
effundam de Spiritu meo super omnem car-
nem: et prophetabunt filii vestri, et filii
vestro: et iuvenes vestri visiones videbunt,
et seniores vestri somnia somniabunt.

R. Petrus (ad iudeos) penitentiam, inquit,
agite, et baptizetur unusquisque vestrum
in remissionem peccatorum: et accipietis
donum Spiritus sancti, alleluia. V. conver-
timini ad correctionem meam; et proferam
vobis Spiritum meum, et ostendam vobis ver-
ba mea. & c. act. 2. Prov. 1.

Lectio II.

Et quidam super servos meos et super ancillas
meas, in diebus illis effundam de Spiritu meo,
et prophetabunt. Et dabo prodigia in caelo
sursum, et signa in terra deorsum, sanguinem,
et ignem, et vaporem fumi. Sol converte-
tur in tenebras, et luna in sanguinem,
antequam veniat dies Domini magnus et
manifestus. Et erit: omnis, qui invocaverit
nomen Domini, salvus erit.

R. Loquente Petro, cecidit Spiritus sanctus
super omnes, qui audiebant verbum, et ob-
stupuerunt ex circumcisione fideles: & quia
et in nationes gratia Spiritus sancti effusa
est, alleluia. V. Omnibus (est) repromissio,
qui longe sunt; quoscumque advocaverit
Dominus Deus noster. & quia. act. 10. et 2.

Lectio III.

R. De apocalypsi beati Joannis apostoli.
cap. 18.

i. Audivi aliam vocem de caelo dicentem:
exiite de (Babylone) populus meus: ut ne

participes sitis delictorum eius, et de plagis eius non accipiat. quoniam pervenerunt peccata eius usque ad caelum, et recordatus est Dominus iniquitatum eius. Reddite illi, sicut et ipsa reddidit vobis: et duplicite duplicia secundum opera eius: in poculo, quo misit, misce te illi duplum. Quantum glorificavit se, et in deliciis fuit, tantum date illi tormentum et luctum; quia in corde suo dicit: sedeo regina, et vidua non sum, et luctum non video: quia in una die venient plaga eius, mors, et luctus, et fames; et igne comburetur: quia fortis est Deus, qui iudicabit illam.

R. Confestim, quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est: et glorificate, et portate Deum in corpore vestro, alleluia. *V.* Non vocavit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem; qui etiam dedit Spiritum suum sanctum in nobis. * glorificate. *i. Cor. 6. 1. Thes. 4.*

Lectio IV.

Et sustulit unus angelus fortis lapidem quasi molarem magnum, et misit in mare dicens: hoc impetu mittetur Babylon civitas illa magna, et ultra iam non invenietur. Et vox citharætorum, et musicorum, et tibia canentium, et tuba non audietur in te amplius: et omnis artifex omnis artis non invenietur in te amplius: et vox molo non audietur in te amplius; et lux lucerne non lucebit in te amplius: et vox sponsi et sponse non audietur adhuc in te: quia mercatores tui erant principes terre, quia in beneficiis tuis erraverunt omnes gentes. Et in ca sanguis prophetarum et sanctorum inventus est, et omnium, qui interfecit sunt in terra.

Ps. Si Spiritu facta carnis mortificaveritis,
vivetis: & quicumque enim Spiritu Dei agun-
tur, in filiis Dei; alleluia. *V.* Spiritu
ambulate; et desideria carnis non perficietis.
& quicumque *V.* gloria. & quicumque. *Rom. 8.*

Gal. 5. *In II. et nocturno.*

Lectio V.

Sermo sancti Leonis Papae.
Serm. j. de Pentec.

Repleti sunt omnes Spiritu sancto, et cepe-
runt loqui aliis linguis, prout Spiritus sanc-
tus dabat eloqui illis. Equam velox est sermo
Sapientie! At ubi Deus magister est, quam
cito discitur, quod docetur! Non est adhibita
interpretatio ad audiendum, non consue-
tudo ad usum, non tempus ad studium; sed
spirante ubi voluit Spiritu veritatis,
propria singularum gentium voces, factae
sunt in ecclesiae ore communes.

Ps. Ero eis in Deum, et ipsi erunt mihi in
populum: omnes cognoscent me & a mini-
mo eorum usque ad maximum, alleluia. *V.*
Non docebit unus quisque proximum suum,
dicens: cognosce Dominum; quoniam omnes
sciant me. & a minimo. *Jer. 30. Hebr. 8.*

Lectio VI.

Ab hoc igitur die tuba evangelica predica-
tionis intonuit: ab hoc die mires charis-
matum, flumina benedictionum, omne
desertum et aridam rigaverunt: quoniam
ad renovandam faciem terrae Spiritus Dei
ferebatur super aquas; et ad veteres tene-
bras abigendas nova lucis fulgura corusca-
bant, cum micantium splendore linguarum
et verbum Domini lucidum, et eloquium
conaperetur ignitum: cui ad creandum in-
tellectum, consumendumque peccatum

et efficacia illuminandi, et vis incipit
urandi.

Sp. Qui de futura in vobis gratia propheta-
verunt, revelatum est, quia non sibi met
ipsis, vobis autem ministrabant ea, quo
nunc nuntiata sunt per eos, qui evangeli-
zaverunt, Spiritu sancto misso de caelo, al-
leluia. V. Oculus non vidit, Deus, absque
te; quo preparasti expectantibus te. quo.
i. Pet. i. ff. 64.

Lectio VII.

Quamvis autem, dilectissimi! valde fuerit
ipsa rei gesto forma mirabilis, nec dubium sit,
in illo omnium humanarum vocum exultante
eventu maiestatem Spiritus sancti fuisse pro-
sentem; nemo tamen in eis, quo corporis visa
sunt oculis, divinam eius putet adparuisse
substantiam. Natura enim invisibilis, et
cum Patre et cum Filio communis, qualitate
muneris atque operis sui, qua voluit signifi-
catione monstravit; proprietatem vero essentia
sua in sua deitate continuit: quia sicut nec
Patrem nec Filium, ita nec Spiritum sanctum
humanus potest visus attingere. In Trinitate
enim divina nihil dissimile, nihil impar est:
et omnia, quo de illa possumus substantia cogi-
tari, nec virtute, nec gloria, nec eternitate
discreta sunt.

Sp. Quo Dei sunt, nemo cognovit nisi Spiritus
Dei: * nos autem non Spiritum huius mun-
di accepimus, sed Spiritum, qui ex Deo est,
ut sciamus, quo a Deo donata sunt nobis,
alleluia. V. Animalis homo non percipit ea
quo sunt Spiritus Dei; stultitia enim est illi,
et non potest intelligere. * nos. i. Cor. 2.

Lectio VIII.

Sicut ergo detestamur Arianos, qui inter Pa-
trem et Filium aliquam voluntate distantiam;

Ita etiam Macedonianos pariter delectamus,
qui licet Patri et Filio tribuant aequalita-
tem, Spiritum tamen sanctum inferioris
putant esse naturae: non considerantes, eam
blasphemiam se incidere, quae neque in presenti
seculo, neque in futuro sit remittenda iudicio,
dicente Domino: qui cumque dixerit verbum
contra Filium hominis, remittetur ei: qui
autem dixerit contra Spiritum sanctum,
non remittetur ei neque in hoc seculo, neque
in futuro.

R. Nolite contristare Spiritum sanctum
Dei: * in quo signati estis in diem redemptionis
vostre, alléluia. V. Semper gaudete, in omni-
bus & gratias agite, Spiritum nolite ex-
tinguere. * in quo. V. gloria. * in quo.

Epist. 4. j. Thes. 5.

In III. nocturno.

Lectio IX.

De epistola prima beati Pauli apostoli
ad Corinthios. cap. 12.

De spiritualibus nolo vos ignorare, fratres.
Scitis, quoniam cum gentes epetis, ad simulacra
muta prout dicebamini euntes, fides non tum vobis
facio, quod nemo in Spiritu Dei loquens dicit aná-
thema Jesu. Et nemo potest dicere, Dominus Jesus,
nisi in Spiritu sancto. Divisiones vero gratiarum
sunt, idem autem Spiritus: et divisiones instructio-
num sunt, idem autem Dominus: et divisiones
operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur
omnia in omnibus.

R. Unctionem, quam accepistis, maneat in
vobis; * et non necesse habetis, ut aliquis doceat
vos; sed unctio eius doceat vos de omnibus,
alléluia. V. Exultate et letamini in Do-
mino Deo vestro: qui dedit vobis doctrinam in-
finitam. * et non. j. Joan. 2. Joel 2.

Lectio X.

Unicuique autem datur manifestatio Spiritus

ad utilitatem. alii quidem per Spiritum datur
sermo sapientia; alii autem sermo scientie se-
cundum eundem Spiritum; alii fides in
eodem Spiritu; alii gratia sanctorum in uno
spiritu; alii operatio virtutum, alii prophetia,
alii discretio spirituum, alii genera linguarum,
alii interpretatio sermonum. Haec autem omnia
operatur unus atque idem Spiritus, dividens
singulis prout vult. Sicut enim corpus unum
est, et membra habet multa; omnia autem
membra corporis, cum sint multa, unum
amen corpus sunt: ita et Christus.

R. Quid oremus, sicut oportet, nescimus; *
sed + ipse Spiritus postulat pro nobis gemi-
tibus inenarrabilibus, alleluia. V. In die
illa, dicit Dominus, effundam super domum
David et super habitatores Ierusalem, spiri-
tum gratiae et precum. +. ipse. Rom. 8.
Zach. 12.

Lectio XI.

At enim in uno Spiritu omnes nos in unum
corpus baptizati sumus, sive Iudaei, sive
gentiles, sive servi sive liberi: et omnes in
uno Spiritu potati sumus. etiam et corpus
non est unum membrum, sed multa. Si di-
xerit pes: quoniam non sum manus, non
sum de corpore; num ideo non est de corpore?
si totum corpus oculus, ubi auditus?
si totum auditus, ubi odoratus? et tunc
autem profuit Deus membra, unum quod-
que eorum in corpore sicut voluit. quod si
essent omnia unum membrum, ubi cor-
pus? Nunc autem multa quidem membra,
unum autem corpus.

R. In Christo sorte vocati sumus predesti-
nati, secundum propositum eius, + qui
operatur omnia secundum consilium
voluntatis suae, alleluia. V. Spiritus

24.
testimonium reddidit spiritui nostro, quod
sumus filii Dei. & qui. Eph. i. Rom. 8.

Lectio XII.

Et si quid patitur unum membrum, com-
patiuntur omnia membra: sive gloriatur
unum membrum, congaudent omnia mem-
bra. Vos autem estis corpus Christi, et membra
de membris. Et quoddam quidem populi Deus
in ecclesia, primum apostolos, secundo pro-
phetas, tertio doctores, deinde virtutes,
exinde gratias curationum, opitulationes,
gubernationes, ~~per~~ genera linguarum,
interpretationes sermonum. Numquid omnes
apostoli? numquid omnes prophetae? numquid
omnes doctores? numquid omnes virtutes?
numquid omnes gratiam habent curationum?
numquid omnes linguis loquuntur? numquid
omnes interpretantur? Amulamini autem
charismata meliora.

R. Digne ambulate vocatione, qua vocati
estis, & solliciti servare unitatem spiritus
in vinculo pacis, alleluia. V. unum corpus
et unus spiritus, sicut vocati estis in una
spe vocationis vestre. & solliciti. V. gloria.
& solliciti. Eph. 4.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Joannem. cap. 3.

In illo tempore: dixit Jesus Nicodemus: amen,
amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex
aqua et spiritu sancto, non potest introire in
regnum Dei. Quod natum est ex carne, caro est;
et quod natum est ex spiritu, spiritus est. et non
mireris, quia dixi tibi: oportet vos nasci de-
novo. Spiritus ubi vult spirare et vocem
eius audis: sed nescis unde veniat aut quo
vadat. Sic est omnis, qui natus est ex spiritu.
Sic autem Deus dilexit mundum, ut

Filiū suū unigenitū daret: ut om-
nis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat
vitā eternā. Non enim misit Deus Fili-
um suū in mundum, ut iudicet mundum,
sed ut salvetur mundus per ipsum. Qui
credit in eum, non iudicatur: qui autem
non credit iam iudicatus est; quia non credit
in nomine unigeniti Filii Dei. Hoc est
autem iudicium: quia lux venit in mundum,
et dilexerunt homines magis tenebras, quam
lucem; erant enim eorum mala opera.
Innis enim, qui male agit, odit lucem, et
non venit ad lucem, ut non arguantur ope-
ra eius: qui autem facit veritatem, ve-
nit ad lucem, ut manifestentur opera
eius, quia in Deo sunt facta.

Ad penult. ant. et si quis renatus fuerit
ex aqua et Spiritu, & non potest introire
in regnum Dei, alleluia. Joan. 3.

Oratio Sac. Greg.

Deus, qui apostolis tuis sanctum dedisti Spi-
ritum: concede plebi tuo pio petitionis
effectum; ut quibus dedisti fidem, largiaris
et pacem. Per Dominum... in unitate eiusdem.

Ad Magnif. ant. Spiritus, ubi vult, spirat,
et vocem eius audis, sed nescis unde veniat, aut
quo vadat. & sic est omnis, qui natus est ex
Spiritu, alleluia. Joan. 3.

Feria III. Pentecostes.

Solem. I. daps minor. jr. lect.

In I. nocturno.

Lectio I.

De apocalypsi beati Joannis apostoli
cap. 19.

Audivi quasi vocem tubarum multarum
in caelo dicentium: alleluia: salus, et gloria
et virtus Deo nostro est: quia vera et iusta

iudicia sunt eius, qui iudicavit de meretrice
magna, que corrupit terram in prostitutione
sua, et vindicavit sanguinem servorum suo-
rum de manibus eius. Et iterum dixerunt: al-
leluia. Et fumus eius ascendit in secula seculo-
rum. Et ceciderunt seniores, viginti quatuor,
et quatuor animalia, et adoraverunt
Deum sedentem super thronum, dicentes:
amen: alleluia.

R. Qui servat mandata Dei, in illo manet
et ipse in eo: * in hoc scimus, quoniam ma-
net in nobis de spiritu, quem dedit in nobis,
alleluia. *V.* Siquis diligit me, sermo-
nem meum servabit, et ad eum veniemus,
et mansionem apud eum faciemus. * in hoc.
i. Joan. 3. Joan. 14.

LECTIO II.

Et vox de throno exivit dicens: laudem dica-
te Deo nostro omnes servi eius, et qui time-
tis eum, pusilli et magni. Et audivi quasi
vocem tuba magno, et sicut vocem aquarum
multarum, et sicut vocem tonitruorum
magnorum, dicentium: alleluia. quoniam
regnavit Dominus Deus noster omnipotens.
Gaudeamus, et exultemus, et demus gloriam
ei: quia venerunt nuptie agni, et uxor
eius preparavit se. Et datum est illi, ut co-
operia se byssino splendenti et candido. Byssi-
num enim iustificationes sunt sanctorum.

R. In Christo omnis edificatio constructa
a. crescit in templum sanctum in Domino, in
a quo et vos edificamini in habitaculum Dei in
x Spiritu, alleluia. *V.* Jam estis cives et domestici
c. Dei super edificationem super fundamentum aposto-
lorum, et prophetarum, ipso summo angulari
lapide Christo Iesu. * in quo. *Ephes. 2.*

LECTIO III.

Et dixit mihi: scribe: beati, qui ad coenam
nuptiarum agni vocati sunt. Et dixit mihi:

hoc verba Dei vera sunt. Et cecidi ante pedes eius, ut adorarem eum. Et dicit mihi: vide ne feceris, confervus tuus sum, et fratrum tuorum habentium testimonium Jezu: Teum adora. Testimonium enim Jezu est spiritus prophetis.

R. Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, spiritum veritatis, quia Patre procedit, & ille testimonium perhibebit de me, alleluia. V. Nemo potest dicere, Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto. & ille Jo. 16. 1. Cor. 12. Lectio IV.

Et vidi caelum apertum, et ecce agnus albus, qui sedebat super eum, vocabatur fidelis et verax, et cum iustitia iudicat et pugnat. Oculi eadem eius sicut flamma ignis, et in capite eius videbata multa, habens nomen scriptum, quod nemo novit, nisi ipse. Et vestitus erat veste aspersa sanguine: et vocatur nomen eius Verbum Dei. Et exercitus, qui sunt in caelo, sequebantur eum in equis albis, vestiti byssino albo et mundo. Et de ore eius procedit gladius ex utraque parte relictus, ut in ipso percutiat gentes. Et ipse reget eas in virga ferrea, et ipse calcet torcular vini furoris ire Dei omnipotentis. Et habet in vestimento et in femore suo scriptum. Rex regum, et Dominus dominantium.

R. Quo preparavit Deus is, qui diligunt illum, nobis revelavit per spiritum suum: Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei, alleluia. V. Sapientia et fortitudo ipsius sunt; ipse revelat profunda et abscondita. & Spiritus. V. gloria. & Spiritus. 1. Cor. 2. Dan. 2.

In II. nocturno.

Lectio V.

De sermone sancti Leonis Papae.
Serm. j. de Pent.

Qui dixerit (verbum) contra Spiritum sanctum,
 non remittetur ei in hoc seculo, neque in futuro.
 Permanens itaque in hac impietate sine venia
 est, quia excludit eum a se, per quem poterat
 confiteri; nec unquam pervenire ad indul-
 gentis remedium, qui patrocinaturum sibi non
 habet advocatum. Ab ipso enim est invocatio
 Patris, ab ipso sunt lacrymæ poenitentium, ab
 ipso sunt gemitus supplicantium: et nemo po-
 test dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu
 sancto, cuius equalis cum Patre et Filio
 omnipotentiam, unaque deitatem eodem-
 tempore prædicit apostolus dicens: Divisiones
 quidem gratiarum sunt, idem autem Spiritus.
 Et divisiones ministracionum sunt, idem autem
 Dominus. Et divisiones operationum sunt,
 idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus.

R. Spiritus sanctus disciplina effugiet fidum: *
 quoniam in malevolam animam non intrabit
 sapientia, nec habitabit in corpore subdito
 peccatis, alleluia. *V.* Dixit Deus: non perma-
 nebit Spiritus meus in homine in æternum,
 quia caro est. * quoniam. *Sap. i. Gen. 6.*

Lectio VI.

Hic, dilectissimi! aliisque documentis, quibus
 innumerabiliter divinorum eloquiorum
 coruscant auctoritates, ad venerationem beatorum
 unanimiter incitemur, exultantes in hono-
 rem sancti Spiritus, per quem omnis ecclesia
 catholica sanctificatur, omnis anima ratio-
 nalis imbuatur: qui inspirator fidei, dator
 scientie, fons dilectionis, signaculum casti-
 tatis, et totius est causa virtutis.

R. Benignus est Spiritus sapientie, sanc-
 tus, unicursus, multiplex, amans bonum: *
 omnem habens virtutem, omnia prospici-
 ens, alleluia. *V.* O quam bonus est sue-
 vis est, Domine, Spiritus tuus in omnibus.

* omnem. Sap. i. 8. 12.

Lectio VII.

gaudeant fidelium mentes, quod in toto mundo
unus Deus, Pater, et Filius, et Spiritus sanctus
omnium linguarum confessione laudatur;
quodque illa significatio, qua in specie ignis ap-
paruit, et opere perseverat et munere. Ipse
enim Spiritus veritatis facit domum gloriae
suae luminis sui nitore fulgere, et in templo
suo nec tenebrosum aliquid vult esse nec
lepidum. De qua ope atque doctrina etiam
ieiuniorum nobis atque elemosynarum
est collata purgatio.

R. Vos estis templum Dei vivi: et Spiritus
Dei habitat in vobis, alleluia. V. Siquis
templum Domini violaverit, disperdet illum
Deus: templum enim Dei sanctum est, quod
estis vos. * et Spir. 2. Cor. 6. 1. Cor. 3.

Lectio VIII.

Etiam hunc venerabilem diem sequitur salu-
berrimo observantia consuetudo, quam ubi-
quissimam sibi omnes sancti semper experti
sunt, et ad quam sedulo celebrandam pastoralis
vos sollicitudine cohortamur: ut si quid ma-
cularum proximis diebus negligentia in-
cauta contraxit, id et ieiunii censura castiget,
et devotio pietatis emendet. quarta igitur
et sexta feria ieiunemus; sabbato autem
in id ipsum consuetam devotione vigilias
celebremus, per Christum Dominum no-
strum, amen.

R. In me gratia omnis viae et veritatis,
in me omnis spes vite et virtutis: et Spiritus
enim meus super me, dulcis, alleluia.

V. Convertimini ad correptionem me-
am: et proferam vobis spiritum meum.

* Spiritus. Psal. 24. Prov. 1.

et Gloria. * Spiritus.

Lectio IX.

De epistola secunda beati Pauli

Apostoli ad Corinthios. cap. 5.

Incipimus iterum nos meliores commendare?

Aut numquid egeamus sicut quidam, commen-

datibus epistolis ad vos, aut ex vobis? Epistola

nostra vos estis, scripta in cordibus nostris,

quo scitur et legitur ab omnibus hominibus:

manifestati, quod epistola estis Christi mini-

strata a nobis, et scripta non a tramento, sed

Spiritu Dei vivi: non in tabulis lapideis, sed

in tabulis cordis carnalibus.

Ep. ex III. octurno Dominica Pentecost.

Lectio X.

Fiduciam autem talem habemus per Christum

ad Deum: non quod sufficientes simus cogita-

re aliquid a nobis, quasi ex nobis; sed suffi-

cientia nostra ex Deo est, qui et idoneos nos

fecit ministros novi testamenti, non littera,

sed spiritu; littera enim occidit, spiritus autem

vivificat. quod si ministratio mortis, litteris de-

formata in lapidibus, fuit in gloria, ita ut non

posset filii Israel intendere in faciem Moysis

propter gloriam vultus eius, quae evacuatur,

quomodo non magis ministratio spiritus

erit in gloria. Lectio XI.

Nam si ministratio damnationis gloria est,

multo magis abundat ministerium iustitia

in gloria; etiam nec glorificatum est, quod

claruit in hac parte, propter excellentem glo-

riam. Si enim quod evacuatur, per gloriam

est: multo magis quod manet, in gloria est.

Habentes igitur talem spem, multa fiducia

utimur: et non sicut Moyses ponebat velamen

super faciem suam, ut non intenderent

filii Israel in faciem eius, quod evacuatur,

sed obtusi sunt sensus eorum.

Lectio XII.

Uque in hodiernum enim diem id ipsum ve-
 lamen in lectione veteris testamenti mox et
 non revelatum, quoniam in Christo evacuatur;
 sed usque in hodiernum diem, cum legitur Moyses,
 elamen posuit super cor eorum. Cum au-
 tem conversus fuerit ad Dominum, auferetur
 elamen. Dominus autem spiritus est, ubi
 autem spiritus Domini, ibi libertas. Nos vero
 omnes revelata facie gloriam Domini spe-
 culantes, in eandem imaginem transfor-
 mamur a claritate in claritatem, tanquam
 a Domini spiritu.

Recordatus est Dominus populi sui, reduxit
 eos cum pastoribus gregis sui: & posuit in medio
 eius spiritum sancti sui, alleluia. *V.* Ipse
 dedit pastores et doctores ad consummationem
 sanctorum, in opus ministerii, in edifica-
 tionem corporis Christi. & posuit. *V.* gloria.
 & posuit. *Ps. 80. Eph. 4.*

Sequentia sancti Evangelii secundum
 Joannem, cap. 10.

In illo tempore: Dixit Jesus Phariseis: amen,
 amen dico vobis; qui non intrat per ostium
 in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est
 et latro. qui autem intrat per ostium, pastor est
 ovium. Huic ostiarius aperit, et oves vocem
 eius audiunt, et proprias oves vocat nominaliter
 et educit eas. Et cum proprias oves emisit,
 ante eas vadit, et oves illum sequuntur, quia
 sciunt vocem eius. Alienum autem non sequun-
 tur, sed fugiunt ab eo, quia non noverunt
 vocem alienorum. Hoc proverbium dixit illis
 Jesus: illi autem non cognoverunt, quid loque-
 retur eis. Dixit ergo eis iterum Jesus: amen,
 amen dico vobis, quia ego sum ostium ovium.
 Omnes, quotquot venerunt, fures sunt et latro-
 nes, et non audierunt eos oves. Ego sum ostium.

Per me si quis introierit, salvabitur: et ingredietur et egredietur, et pascha inveniet.
 Tur non venit, nisi ut furchet, et mactet, et perdat. Ego veni, ut vitam habeant, et abundantius habeant.

Ad Bened. ant. Qui intrat per ostium, pastor est ovium: & huic ostiarium aperit, et oves vocem eius audiunt, alleluia. Joan. 10.

Oratio sac. Leon.

Adiut nobis, quosumus Domine, virtus Spiritus sancti: quo et corda nostra clementer expurget; et ab omnibus lueatur adversis.
 Per Dominum... in unitate eundem.

Ad Magnif. ant. Per me si quis introierit, salvabitur: & ingredietur, et egredietur, et pascha inveniet, alleluia. Joan. 10.

Feria IV. Quatuor Temporum.

De octava Pentecostes.

Duplex S. lect.

Hodie et sequentibus tribus diebus officium totum fit, ut in festo, exceptis antiphonis nocturnorum, quod dicuntur de psalterio; exceptis quoque, quae singulis diebus ponuntur propria.

In I. nocturno.

V. Terra mota est, alleluia:

R. Coeli distillaverunt a facie Dei inani, allel. ps. 67.

Lectio I.

De Apocalypsi beati Joannis apostoli.

cap. 20.

Vidi thronum magnum candidum, et sedentem super eum, a cuius conspectu fugit terra, et coelum, et locus non est in conspectu eius. Et vidi mortuos magnos et pusillos, stantes in conspectu throni, et libri aperti sunt: et alius liber apertus est, qui est vite: et iudicati sunt mortui ex his, quae scripta erant in libris secundum opera

forum. Et dedit mare mortuos, qui in eo erant:
Mors et infernus dederunt mortuos suos, qui in
his erant: et iudicatum est de singulis secundum
vera ipsorum. Et infernus et mors misit in flag-
rum ignis. Haec est mors secunda. Et qui non in uultu
sunt in libro uita scriptus, misit in flagrum ignis.
Et scriptum in prophetis: et erunt omnes dei-
les Dei: omnis qui audivit a Patre, et didicit, uenit
ad me, all eluia. Et. Dicit Dominus: ponam uniuersos
filios suos doctores a Domino. et erunt. Joan. 6.

Cap. 54. Lectio II. cap. 21.

Dixit mihi, qui sedebat in throno: Ego sum al-
pha et omega, initium et finis. Ego fientis dabo
fontem aquae uitae gratis. qui uicerit, possidebit
eum, et ero illi Deus, et ille erit mihi filius. Timidis
uitem et incredulis, et execratis, et homicidis, et
lornicatoribus, et ueneficis, et idololatriis, et
inimicis mendacibus pars illorum erit in stagno
ardenti igne et sulphure, quod est mors secunda.

Et. Si spiritus. pag. 20.

Lectio III.

De sermone sancti Leonis Papae.

Serm. j. de ieiun. Pent.

Hodiernam, dilectissimi, festiuitatem de consensione
sancti Spiritus consecratam sequitur, ut nostis,
solemne ieiunium, quod animis corporibusque
curandis salubriter institutum, deuota a uobis
est obseruantia celebrandum. Repletis namque
apostolis uirtute promissa, et in corda eorum
spiritu ueritatis ingresso, non ambigimus, inter
coelestis sacramenta doctrina, hanc spiritualis
continentis disciplinam de Paracliti magiste-
rio primitus fuisse conceptam, ut sanctifica-
ta ieiunio mentes conferendis sibi charis-
matibus fierent aptiores. Igitur post sanctas
dies letitiae, quos in honorem Domini a mor-
tuis resurgentis, ac deinde in caelos ascenden-
tis exequimur, postque perceptum sancti
spiritus donum salubriter et nec parie

consuetudo est ordinata ieiunii; nisi quid forte inter ipsa festivitatum gaudia negligens libertas et licentia inordinata profuerit, hoc religioso abstinentie censura castiget: que ob hoc quoque studiosius exequenda est, ut illa in nobis, quo hac die dulcis divinitus sunt collata, permancant. Templum enim facti Spiritus sancti, et maiore quam unquam copia divini fluminis irrigati, nullis debemus concupiscentiis vinci, nullis vitiis possideri, ut virtutis habitaculum nulla sit contaminatione pollutum.

Ps. Ovescitis. pag. 19.

In II. nocturno.

Lectio gal. 5.

Fructus Spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Adversus huiusmodi non est lex. qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum concupiscentiis. Si Spiritu vivimus, Spiritu et ambulemus.

V. Redde mihi letitiam salutaris tui, alleluia.

Ps. Spiritu principali confirma me, allel. ps. 50.

Ad Bened. ant. Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum. & ego resuscitabo eum in novissimo die, alleluia. Joan. 6.

Oratio Sac. gelas.

Mentes nostras, quo sumus Domine: Paraclitus, qui a te procedit, illuminet, et inducat in omnem, sicut tuus promissit Filius, veritatem. Cui tecum vivit et regnat in unitate cum Patre.

Ad Magnif. ant. Amen, amen dico vobis. & qui credit in me, habet vitam aeternam, alleluia. ps. 6.

Feria V.

De octava Pentecostes.

Duplex 3. lect.

In I. nocturno.

- 1. Dominus virtutem populo suo dabit, alleluia:
- 2. Dominus benedict populo suo in pace, allel. Off. 28.

Lectio I.

De apocalypsi beati Joannis apostoli.

cap. 21.

Veni unus ad me de septem angelis, et locutus est mecum dicens: veni et ostendam tibi sponsam uxorem agni. Et sustulit me in spiritu in montem magnum et altum, et ostendit mihi civitatem sanctam jerusalem descendentem de caelo a Deo, habentem claritatem Dei: et lumen eius simile lapidi pretioso tanquam lapidi iaspideis, sicut chrysellum. Et habebat murum magnum et altum, habentem portas duodecim, et in portis angelos duodecim, et nomina inscripta, quae sunt nomina duodecim tribuum filiorum israel. Ab oriente portae tres, et ab aquilone portae tres, et ab austro portae tres, et ab occasu portae tres. Et murus civitatis habens fundamenta duodecim, et in ipsis duodecim nomina duodecim apostolorum agni.

Ps. Quo Dei sunt. pag. 21.

Lectio II.

Et templum non vidi in ea. Dominus enim Deus omnipotens templum illius est, et agnus. Et civitas non eget sole, neque luna, et luceant in ea: nam claritas Dei illuminavit eam, et lucerna eius est agnus. Et ambulabunt gentes in lumine eius, et reges terrae offerent gloriam suam et honorem in illam. Et portae eius non claudentur per

diem; nox enim non erit illi: Et afferent
gloriam et honorem gentium in illam. et non
intrabit in ~~eam~~ eam aliquid inquinatum,
aut abominacionem faciens, et mendacium,
nisi qui scripti sunt in libro vite agni.

Ep. Irois. pag. 20.

Levis III.

Sermo sancti Gregorii Nazianzeni.
orat. 44. in Pent.

Primum Spiritus sanctus in angelicis et
coelestibus virtutibus vim suam exercebat;
deinde in patribus et prophetis, quorum
alii Deum per imaginem viderunt aut cog-
noverunt, alii autem etiam res futuras
prosciuerunt: tum in christi discipulis, usque
trifarum, prout ipsorum captus ferebat,
tribusque temporibus; nempe antequam
christus per passionem glorificatus esset,
postquam post resurrectionem glorificatus fuit,
ac denique post eius ad caelos ascensionem. Hoc
autem perficere ostendit tum prima illa mor-
borum spirituumque depulsio, quo scilicet
non absque Spiritus numine fiebat. tum illa
post confectum salutis nostrae negotium in-
sufflatio, quo divini oris prout dubio inspi-
rationis speciem habebat: tum postremo pro-
sens haec ignearum linguarum divisio, quam
etiam solemniter festo celebramus. Verum primo
quidem obscure, secundo expressius, nunc vero per-
fectius, utpote qui non iam operatione sola pro-
sens sit ut prius, sed essentiali, ut sic loquar, modo
ad sit, simulque versetur. Nam cum Filius corpo-
ream nobiscum consuetudinem habuisset,
Spiritus quoque corporis modo cerni conue-
niebat. Cur autem in linguis igneis? utrum
propter purgationem? Ignis enim purgantis
Scriptura meminid. an vero propter essentialiam!

Deus autem noster ignis est, et quidem ignis
improbilitatem absumens. atque in differenti-
lis linguis apparet, ob gratiarum diversita-
tem; sedentibus autem, propter regio dignita-
tis excellentiam, eiusque super sanctos re-
quiem.

R. Qui de futura. pag. 21.

Ad Bened. ant. Dedit Jesus apostolis virtutem
et potestatem super omnia demonia, et sub
linguores curarent, alleluia. Luc. 9.

Oratio Sac. Greg.

Illo nos igne, quo sumus Domine, spiritus san-
tus inflammet: quem Dominus noster Jesus
Christus misit in terram; et voluit vehementer
ruendi: qui tecum vivit et regnat in unitate
eiusdem.

Ad Magnif. ant. Ignem veni mittere in terram: et
aliquid volo, nisi ut accendatur? alleluia. Luc. 12.

Feria VI. Quatuor Temporum.

De octava Pentecostes.

Duplex S. lect.

In I. et nocturno.

V. Emittes spiritum tuum, et creabuntur, allel.

R. Et renovabis faciem terra, alleluia. Ps. 105.

Lectio I.

De apocalypsi beati Joannis apostoli.

cap. 22.

Ospondit mihi unus de septem angelis fluvium
aque vite, splendidum tanquam crystallum,
procedentem de sede Dei et agni. In medio pla-
tes eius, et ex utraque parte fluminis lignum
vite afferens fructus duodecim, per menses sin-
gulos reddens fructum suum, et folia ligni ad
sanitatem gentium. Et omne maledictum non
erit amplius, sed sedes Dei et agni in illa erunt,
et servi eius servient illi. Et videbunt faciem
eius, et nomen eius in frontibus eorum. Et nox
ultra non erit; et non egebunt lumine luer-
no, quoniam Dominus Deus illuminabit illos, et

regnabunt in secula seculorum.

Ex. Quo preparavit. pag. 27.

Lectio II.

Et dixit mihi: haec verba fidelissima sunt et vera. Et Dominus Deus spirituum prophetarum misit angelum suum ostendere servis suis, quo oportet fieri cito. Et ecce venio velociter. Beatus, qui custodit verba prophetiae libri huius. Et ego Johannes, qui audi vi et vidi haec. Et postquam audissem et vidissem, cecidi ut adorarem ante pedes angeli, qui mihi haec ostendebat; et dixit mihi: vide ne feceris; conseruis enim tuus sum, et fratrum tuorum prophetarum, et eorum, qui seruant verba prophetiae libri huius. Deum adora.

Ex. In Christo. pag. 26.

Lectio III.

Sermo sancti Bernardi abbatis.

Serm. 15. De Vent.

Vere multiplex Spiritus, qui tam multipliciter filius hominum inspiratur, ut non sit, qui se abscondat a calore eius; siquidem conceditur eis ad usum, ad miraculum, ad salutem, ad auxilium, ad solatium, ad fervorem. Ad usum quidem vitae bonis et malis, dignis pariter et indignis communia bona abundantissime tribuens. Ingratus est, qui in his quoque beneficium Spiritus non agnoscit. Ad miraculum, in signis et prodigiis, in variis virtutibus, quas per quorumlibet manus operatur. Ipse est antiqua miracula suscitans, ut ex presentibus fidem adstruat praeteritorum. Sed quia nonnullis haec quoque gratiam sine propria utilitate largitur, seruis infunditur ad salutem, cum in toto corde nostro revertimur ad Dominum Deum nostrum. Hoc ad auxilium datur, cum in omni colluctatione adiuvat infirmitatem nostram. Et cum testimoni-um perhibet Spiritui nostro, quod filii

Dei sumus, ea inspiratio est ad consolationem. Datur
 etiam ad fervorem, cum in cordibus perfectorum
 vehementius spirans validum ignem charitatis
 accendit; sed non solum in spe filiarum Dei, sed etiam
 in tribulationibus gloriantur, contumeliam glo-
 riam repulantes, opprobrium gaudium, deprecia-
 tionem exultationem. Omnibus nobis in fallor,
 datus est spiritus ad salutem, ad fervorem non datus.
 pauci enim sunt, qui hoc spiritu repleantur: pauci,
 qui studeant emulari. Oremus, fratres, ut com-
 pleantur in nobis dies Pentecostes, dies remissionis,
 dies exultationis, dies verissimi iubiloi. Amice-
 nial nos semper Spiritus Sanctus omnes prop-
 ter presentiam corporalem, pariter propter cor-
 diam unitatem, in eodem loco per promissam spe-
 ritalitatem, ad laudem et gloriam sponsi Ecclesie
 Iesu Christi Domini nostri, qui est super omnia
 Deus benedictus in secula: amen.

R. Deus confirmavit nos in Christo, et unxit nos; &
 in signavit nos, et dedit pignus Spiritus in
 videris nostris, alleluia. V. Dominus Deus noster
 respicit nobiscum foedus. * qui. V. gloria. * qui.
 2. Cor. i. Deut. 5.

Ad Bened. ant. Virtus Domini & erat ad sanan-
 dum eos; alleluia. Luc. 5.

Oratio Sac. Greg.

Da, quosumus, ecclesie tue, misericors Deus: ut
 sancto spiritu congregata; hostili nullatenus incur-
 sione turbetur. Per Dominum... in unitate eiusdem.

Ad Magnif. ant. Magnificabant Deum, et re-
 plati sunt timore dicentes: & quia vidimus mi-
 rabilia hodie, alleluia. Luc. 5.

Salvato Quatuor Temporum.

De octava Pentecostes.

Duplex d. lect.

In I. nocturno.

V. Magna Deus virtuti tuo, alleluia:
 R. Confirma hoc Deus, quod operatus es
 in nobis, alleluia. Ps. 64.

Lectio I.

De apocalypsi beati Joannis apostoli.

cap. 22.

^{mihi} Dicit Angelus: ne signaveris verba prophetie libri huius; tempus enim prope est. Qui nocet, noceat adhuc: et qui in sordibus est, sordescat adhuc: et qui iustus est, iustificetur adhuc: et sanctus sanctificetur adhuc. Ecce venio cito, et merces mea mecum est, reddere unicuique secundum opera sua. Ego sum alpha et omega, primus et novissimus, principium et finis. Beati qui lavant stolas suas in sanguine agni: ut sit potestas eorum in ligno vite, et per portas intrent in civitatem. Foris canes, et venefici, et impudici, et homicidæ, et idoli servientes, et omnis, qui amat et facit mendacium.

R. Digne ambulate. pag. 24.

Lectio II.

Ego Jesus misi angelum meum, testificari vobis hæc in ecclesiis. Ego sum radix et genus David, stella splendida et matutina. Et spiritus et sponsa dicunt: veni. Et qui audit, dicat: veni. Et qui sitit, veniat; et qui vult, accipiat aquam vite gratis. Conlector enim omni audienti verba prophetie libri huius: si quis apposerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de verbis libri prophetie huius, auferet Deus partem eius de libro vite, et de civitate sancta, et de his, que scripta sunt in libro isto. Dicit, qui testimonium perhibet istorum: etiam venio cito: amen. Veni, Domine Jesu. gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. amen.

R. Uctionem. pag. 22.Lectio III.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

serm. 269. nov. ed.

Habetis baptismum Christi: venite, ut habeatis et spiritum Christi. Timele quod scriptum est:

quisquis autem Spiritum Christi non habet,
is non est eius. Induistis Christum forma sacra-
menti: induite imitatione exempli, quoniam
Christus pro nobis passus est, relinquens nobis
templum, ut sequamur vestigia eius. Nolite
tamen habentes formam pietatis, virtutem autem
eis abnegantes. quo autem maior est virtus
pietatis, quam charitas unitatis? Videmini
vobis dicere: Dominus Jesus. Et forte non intel-
ligentes attenditis ad id, quod apostolus ait:
nemo dicit, Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto.
Id hoc quod ait, dicit, signate positum est et pro-
prio quodam modo. Nemo enim dicit, Dominus
Jesus, nisi in Spiritu sancto; sed si dicit factis, non
estis verbi. Nam populus dicit, Dominus Jesus,
sicut de quibus ait: non omnis, qui dicit mihi
Domine Domine, intrabit in regnum caelorum.
Et nemo dicit Dominus Jesus, nisi in Spiritu
sancto: nemo plane, sed eo modo, quo dictum
est, id est, factis. Unde secutus adiunxit: sed is,
qui facit voluntatem Patris mei, qui in caelis
est, ipse intrabit in regnum caelorum. Tunc
ergo vos sanctum Spiritum habere cognoscite,
quando mentem vestram per sinceram chari-
tatem unitati consenseritis inherere.

℟. Charitas Dei. pag. 15.

℣. Bened. ant. Non abscondam ultra faciem
meam ab eis: et coquo effuderim Spiritum
meum super omnem domum Israel, ait
Dominus Deus; alleluia. Exek. 39.

Oratio Sac. Greg.

Mentibus nostris, quosumus Domine, Spiri-
tum sanctum benignus infunde: cuius et
sapientia conditi sumus, et providentia governa-
mur. Per Dominum... in unitate eiusdem.

Post orationem, celebrata Missa, termi-
natur tempus Paschale.

In Feste S. Trinitatis.Solemnitas II. clavis.ad I. Vesperas.Antiphona ex Matutinis.Lectio Rom. ii.

O altitudo divitiarum sapientie et scientie
Dei! quam incomprehensibilia sunt iudicia
eius, et investigabiles vias eius!

R. br. Magnus Dominus noster, et magna
virtus eius.

V. Et sapientia eius non est numerus. Ps. 146.

Hymnus Lun.

1. Ter sancte, ter potens Deus,
Incomprehensa Trinitas! *

O lux perennis! propriis
o ter beata gaudiis!

2. Vera semper unitas,
O una semper veritas! *

O sancta semper, quo bonum
Diffundis omne, charitas!

3. Te densa circum nubila,
Te circum inaccessum iubar; *

Quod intus ardent angeli
Circum tremantes cernere.

4. Te confitebimur in tuo
Et plebs renata nomine; *

Firmaque prolibet fide,
Amor quod ambit premium.

5. Da prope, quod iubet Pater,
Da scire, Fili, quod doces; *

Fac corde toto, Spiritus,
et os velle, quod probas, bonum. Amen.

V. Magnus Dominus, et laudabilis nimis:

R. Et magnitudinis eius non est finis. Ps. 149.

Ad Magnif. ant. Domine Deus, magnificatum

nomen tuum in sempiternum: * quia non est
similis tui, neque est Deus oxmate. 2. Reg. 7.

Oratio Sac. Greg.

Omnipotens sempiternae Deus, qui dedisti

emulis tuis in confessione vera fidei, aeterno
Trinitatis gloriam agnoscere, et in potentia maie-
statis adorare Unitatem: quosumus; ut eiusdem
dei firmitate ab omnibus semper muniamur
dverfis. Per Dominum.

In commemoratione Dominica I. post Pentecost.

Int. Loquere Domine, & quia audit seruus
tuus. 1. Reg. 3.

- 1. Beneplacitum est Domino in populo suo.
- 2. Et exaltabit manus tuas in salutem. Ps. 119.

Oratio Lau. Greg.

Deus in te sperantium fortitudo, ad esto propitius
invocationibus nostris: et quia sine te nihil po-
est mortalis infirmitas, presta auxilium gra-
tis tuo; ut in exequendis mandatis tuis et vo-
luntate tibi, et actione placeamus. Per Dominum.

Ad Vigilias Nocturnas.

Int. Deum unum, Patrem, et Filium et
spiritum sanctum, & venite adoremus. Matth. 28.

Hymnus Paris.

1. Sublime Numen ter potens, ter maximum,
Incomprehensum cuius numero iubar: &
Simplex et unus, et tribus confans Deus,
Te res creato laude iugi concinant.

2. Tu Trinitatis fons inexhaustus, Pater,
Filiusque nascens Pateris aeternus finis. &
Ac sancte manans e duobus spiritibus,
et illos in una dividit substantia.

3. Persona triplex: una iungit unitas;
In Patre semper et alius, in dato Pater; &
Uterque sacro semper est in spiritu,
In Patre semper, inque dato spiritus.

4. Sed nullus horum quemlibet vincit, gradu
Vel maior existat, vel prior potentia. &
Aequale regnum, parque maiestas huius;
Cuius nulli dignius confert bonum.

5. Per eum creator, laus tibi vivens Pater:
Laudis equa, mundum qui redemit, Filio: &

Quo nos supernis ignibus succedimus,
Compar in eorum Flamini gloria. amen.

In I. nocturno antiphona.

1. Dixit Deus ad Moysen: ego sum, qui sum; & hoc nomen mihi est in eternum. Exod. 3.
2. Audi Israel: & Dominus Deus noster, Dominus unus est. Deut. 6.
3. Scito et cogitato in corde tuo; & quod Dominus ipse sit Deus in caelo sursum, et in terra deorsum, et non sit alius. Deut. 4.
4. Ipse est Deus deorum, et Dominus dominantium; & Deus magnus et potens. ib. 10.
5. Deus excelsus et sublimis, habitans aeternitatem; & et sanctum nomen eius in excelsis. Ps. 57.
6. Tu fecisti caelum et terram, et quidquid caeli ambitu continetur; & Dominus omnium es, nec est, qui resistat maiestati tuae. Ps. 115.
7. Quam magnificata sunt opera tua Domine.
8. Omnia in sapientia fecisti. Ps. 105.

Lectio I.

De libro primo Regum.

cap. 3.

Puer Samuel ministrabat coram Heli, et sermo Domini erat pretiosus in diebus illis, non erat visio manifesta. Factum est ergo in die quadam: Heli iacebat in loco suo, et oculi eius caligaverant, nec poterat videre. Lucerna Dei autem quomodo exstinguerebatur, Samuel dormiebat in templo Domini, ubi erat arca Dei. Et vocavit Dominus Samuel, qui respondens ait: ecce ego. Et accurrens ad Heli, et dixit: ecce ego, vocasti enim me. qui dixit: non vocavi; revertere et dormi. Et iterum vocavit Dominus rursus vocare Samuel. Confurgensque Samuel abiit ad Heli, et dixit: ecce ego, quia vocasti me. qui respondit: non vocavi te, fili mi; revertere et dormi.

E. Ego Dominus, hoc est nomen meum, & glo-
riam meam alteri non dabo. V. Ego sum,
in sum, hoc nomen mihi est in eternum.
gloriam. Isa. 42. Exod. 2.

Lectio II.

Porro Samuel nondum sciebat Dominum, neque
revelatus fuerat ei sermo Domini. Et adiecit
Dominus et vocavit adhuc Samuellem tertio. qui
conspiciens abiit ad Heli, et ait: ecce ego; quia
vocasti me. Intellexit ergo Heli, quia Dominus
vocaret puerum; et ait ad Samuellem: vade et
dormi; et si deinceps vocaverit te, dices: loquere,
Domine, quia audivit servus tuus. Abiit ergo
Samuel, et dormivit in loco suo. Et venit
Dominus, et stetit, et vocavit, sicut vocaverat
secundo, Samuel, Samuel. Et ait Samuel: lo-
quere Domine, quia audivit servus tuus.

R. In principio creavit Deus caelum et terram. &
et Spiritus Dei ferebatur super aquas. V. In prin-
cipio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum;
et Deus erat Verbum. & et Spiritus. gen. 1.
Joan. 1.

Lectio III.

Et dixit Dominus ad Samuellem: ecce ego facio
verbum in Israel, quod quicumque audiverit,
tinnient aures eius. In die illa suscita-
bo aduersum Heli omnia, quo locutus sum
super domum eius; incipiam, et complebo.
Predixi enim ei, quod iudicaturus essem domum
eius in eternum, propter iniquitatem,
eo quod noverat indigne agere filios suos, et non
corripuerit eos. Quia iuravi Domini Heli, quod non
expietur iniquitas domus eius victimis et mune-
ribus usque in eternum. Dormivit autem Samuel
usque mane, aperuitque ostia domus Domini. Et
Samuel timebat indicare visionem Heli.

R. Ego sum Deus, et non est ultra Deus, nec est

46.
Similis mei: & consilium meum stabit, et omnis
voluntas mea fiet. V. Ipse solus est, et nemo ver-
tere potest cogitationem eius, quodcumque voluit,
hoc fecit. & consilium.

Lectio IV.

Vocavit ergo Heli Samuel, et dixit: Samuel
fili mi! qui respondens ait: presto sum. Et in-
terrogavit eum: quis est sermo, quem locutus est
Dominus ad te? oro te, ne celaveris me: hoc fa-
ciat tibi Deus et addeat, si absconderis a me sermo-
nem ex omnibus verbis, quae dicta sunt tibi. Qui-
cavit itaque Samuel universos sermones, et non
abscondit ab eo. Et ille respondit: Dominus est, quod
bonum est in oculis suis faciat. Crevit autem
Samuel, et Dominus erat cum eo, et non cecidit
ex omnibus verbis eius in terram. Et cognovit
universus Israel a Dan usque Bersabee, quod
fidelis Samuel esset propheta Domini.

Ps. Non est similis tui, Domine: magnus es tu,
et magnum nomen tuum in fortitudine: &
quis non timebit te, o rex gentium? V. Mag-
na et mirabilia sunt opera tua Domine Deus
omnipotens: iuste et vere sunt virgines, rex sea-
lorum. & quis. V. gloria. & quis. Jer. 10. apoc. 15.

In II. nocturno antiphona.

1. Nobis unus Deus Pater, ex quo omnia, &
et nos in illum. 1. Cor. 8.
2. Unus Dominus Jesus Christus, per quem om-
nia, & et nos per ipsum. ibid.
3. Unus Spiritus, unus Dominus, & una fides,
unum baptisma. Ephes. 4.
4. In uno spiritu omnes nos in unum corpus
baptizati sumus, & omnes in uno spiritu
potati sumus. 1. Cor. 12.
5. Nemo novit Filium, nisi Pater, neque Patrem
quis novit nisi Filius, & et cui voluerit Filius
revelare. Matth. 11.
6. In Christo unxit nos Deus, et signavit nos: & et de-
dit pignus spiritus in cordibus nostris. 2. Cor. 1.

117.
Verbo Domini caeli firmati sunt:

Et Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Ps. 32.

Lectio V.

Ex sancto Gregorio Thaumaturgo.

ex eius vita apud Greg. dyss.

Unus est Deus Pater Verbi viventis, Sapientie
absistentis, et potentis, et figura aeterno, perfectus
perfecti genitor: Pater Filii unigeniti. Unus Domi-
nus, solus ex solo, Deus de Deo, figura et imago
eitalis, Verbum efficax, Sapientia constitutionis
eorum univrsarum comprehensiva, et potentia
suis creaturo effectrix, Filius verus veri Patris..

Aeternus aeterni. Unus Spiritus sanctus ex Deo or-
um et existentiam habens: qui per Filium ap-
paruit, videlicet hominibus, imago Filii perfecti
perfecta, vita viventium causa, fons sanctus, sanc-
titas sanctificationis suppeditalix; per quem
manifestatur Deus Pater, qui est super omnia, et in
omnibus; et Dei Filius, qui per omnia permansit.
Trinitas perfecta, quo gloria atque eternitate et
regno non dividitur neque abalienatur. Ergo neque
creatum quidquam aut seruum in Trinitate est,
neque adscititium quidquam et aduentitium, ut
quod prius quidem non esset nec suppederet, poste-
rius autem introductum sit: neque vero deest
unquam Filius in Patre, neque in Filio Spiritus;
sed immutabilis et inalterabilis eadem semper
Trinitas est.

¶ Apparuit Abrahamo Dominus in convalle
Mambre, cumque elevasset oculos, apparuerunt
ei tres viri, quos cum vidisset Abraham adoravit.
¶ Pater, Verbum et Spiritus sanctus, hi tres
unum sunt. Gen. 18. i. Joan. 5.

Lectio VI.

Ex libro sancti Fulgentii Episcopi

De fide, ad Petrum. cap. i.

Fides, quam sancti Patriarchae atque Prophetae
ante incarnationem Filii Dei divinitus augete-
runt, quam etiam sancti apostoli ab ipso

Domino in carneposito audierunt, et Spiritus
Sancti magisterio instructi non solum sermo-
ne predicaverunt; verum etiam ad instructio-
nem saluberrimam posterorum scriptis suis
inditam reliquerunt, unum Deum predicat
Trinitatem, id est, Patrem, et Filium et Spiri-
tum sanctum.

R. Scimus, quoniam Filius Dei venit, et de-
dit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum.

V. Deum nemo vidit unquam: unigenitus
Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit.

* et dedit. *J. Joan. 5. Joan. 1.*

Lectio VII.

Sed Trinitas vera non est, si una eademque
persona diceretur Pater, et Filius et Spiritus
sanctus. Sicut enim, sicut et Pater, et Filius et Spiri-
tus sancti una substantia, sic est una persona;
nihil omnino est, in quo veraciter Trinitas
diceretur. Quisquis Trinitas quidem vera est,
sed unus Deus Trinitas ipsa non est, si, quomod-
modum Pater et Filius et Spiritus sanctus per-
sonarum sunt ab invicem proprietate distincti;
sicut sunt naturarum quoque diversitate dis-
creti. Sed quia in illo uno vero Deo Trinitate,
non solum quod unus Deus est, sed etiam quod
Trinitas est, naturaliter verum est, propterea
ipse verus Deus in personis Trinitas est, et in
una natura unus est.

R. Sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum
semetipsum obtulit immaculatum Deo, et
emundabit conscientiam nostram ab operibus
mortalis ad servandum Deo viventi. *V.* Cum
venerit quasi fluvius violentus, quem Spiritus
Domini cogit, et venerit sicut redemptor, et omnia
dabit. *Hebr. 9. Ps. 59.*

Lectio VIII.

Per hanc unitatem naturalem totus Pater in
Filio et Spiritu sancto est, totus Filius in Patre
et Spiritu sancto est, totusque Spiritus sanctus

i Patre et Filio est. Nullus horum extra quem
bet ipsorum est; quia nemo alium aut pro-
cedit eternitate, aut excedit magnitudine, aut
operat potestate: quia nec Filio nec spiritui
nullo, quantum ad naturam divinitatem per-
tinet, aut anterior aut maior Pater est: nec Fi-
ii eternitas atque immensitas, velut anterior
ut maior spiritus sancti eternitatem immen-
sitateque aut procedere aut excedere natu-
raliter potest.

R. Benedictus Deus et Pater Domini nostri
esu Christi & qui elegit nos in ipso, ut operemur
invi et immaculati in conspectu eius. V. Re-
ordatus est Dominus populi sui: posuit in me-
rio eius spiritum sancti sui & qui. V. gloria.
& qui. Eph. i. Gla. 63.

In III. Nocturno.

Ant. Deum benedicite, et cantate illi; & et nar-
rate omnia mirabilia eius, alleluia. Job. 12.

Cantica de Dominica, ut in psalterio.

V. Quis loquetur potentias Domini?

R. Auditas faciet omnes laudes eius? Ps. 105.

Lectio IX.

De epistola prima beati Joannis apostoli.

cap. 5.

Omnes, qui credit, quoniam Jesus est Christus,
ex Deo natus est. Et omnes, qui diligit eum qui
genitum, diligit et eum, qui natus est ex eo. In
hoc cognoscimus, quoniam diligimus nos ipsos,
cum Deum diligamus, et mandata eius fa-
ciamus. Hoc est enim charitas Dei, ut man-
data eius custodiamus; et mandata eius gra-
via non sunt. quoniam omne, quod natum
est ex Deo, vincit mundum. Hoc est victoria,
que vincit mundum, fides nostra. quis est,
qui vincit mundum, nisi qui credit, quoniam
Jesus est Filius Dei!

R. Sublevatis Jesus oculis in caelum dixit: &
Pater, hoc est vita eterna, ut cognoscat te solum

Deum verum, et quem misisti Iesum Christum.
 V. Oportet te, Deus, consummata iustitia est; et
 Scire iustitiam et virtutem tuam, radix est
 immortalitatis. & Pater. Joan. 17. Sap. 10.

Lectio X.

Hic est, qui venit per aquam et sanguinem,
 Iesus Christus: non in aqua solum, sed in aqua
 et sanguine. Et Spiritus est, qui testificatur
 quoniam Christus est veritas. quoniam tres
 sunt, qui testimonium dant in celo: Pater,
 Verbum, et Spiritus sanctus: et hi tres unum
 sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in
 terra: Spiritus, et aqua, et sanguis: et hi tres
 unum sunt. Si testimonium hominum acci-
 pimus, testimonium Dei maius est: quoniam
 hoc est testimonium Dei, quod maius est, quo-
 niam testificatus est de Filio suo.

¶ Iesu baptizato et orante, descendit spiri-
 tus sanctus corporali specie sicut columba in
 ipsum, et vox de celo facta est: & Tu es Filius
 meus dilectus, in te complacui mihi. V. Vox
 Domini super aquas, Deus maiestatis intonuit.
 * Tu es. Luc. 3. Ps. 28.

Lectio XI.

Qui credit in Filium Dei, habet testimonium
 Dei in se. qui non credit Filio, mendaciam fa-
 cit eum: quia non credit in testimonium,
 quod testificatus est Deus de Filio suo. Et hoc
 est testimonium, quoniam vitam eternam
 dedit nobis Deus: et hoc vita in Filio eius est.
 Qui habet Filium, habet vitam: qui non
 habet Filium, vitam non habet. Hoc scribo
 vobis, ut sciatis, quoniam vitam habebis
 eternam, qui creditis in nomine Filii Dei.
 Et hoc est fiducia quam habemus ad eum:
 quia quodcumque petierimus secundum
 voluntatem eius, audit nos. Et scimus,

quia audit nos, quid quid petierimus: scimus,
quoniam habemus petitiones, quas postula-
mus ab eo.

¶ Pater diligit Filium, et omnia dedit in
nani eius: * qui credit in Filium, habet
vitam eternam. V. Sicut Pater habet vitam
in semetipso, sic dedit et Filio, habere vitam in
semetipso. * qui. Joan. 5. 15.

Lectio XII.

¶ In seculum fratrem suum peccare peccatum non
ad mortem, peccat, et dabitur ei vita peccanti non
ad mortem. Est peccatum ad mortem: non pro
illo dico ut roget quis. Omnis iniquitas peccatum
est: et est peccatum ad mortem. Scimus, quia om-
nis, qui natus est ex Deo, non peccat: sed generatio
Dei conservat eum, et malignus non tangit eum.
Scimus, quoniam ex Deo sumus: et mundus totus
in maligno positus est. Et scimus, quoniam Fi-
lius Dei venit, et dedit nobis sensum, ut agnos-
camus verum Deum, et simus in vero Filio
eius. Huius est verus Deus et vita eterna. Filiioli,
custodite vos a simulacris. amen.

¶ Seraphim clamabant alter ad alterum: *
Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exer-
citus: * plena est omnis terra gloria eius.
V. Tres sunt, qui testimonium dant in caelo,
Pater, Verbum, et Spiritus Sanctus: et hi
tres unum sunt. * Sanctus. V. gloria. * Plena.
Isa. 6. 1. Joan. 5.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. cap. 28.

In illo tempore: dixit Jesus discipulis suis: Data
est mihi omnis potestas in caelo et in terra. Eunt
ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in no-
mine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti: docen-
tes eos servare omnia, quaecumque mandavi
vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus die-
bus, usque ad consummationem seculi.

Ad laudes Matutinas et Horasantiphona.

1. Domine Deus fortissime, magne et potens; *
Dominus exercituum nomen tibi. Jer. 22.
2. Unus Deus et Pater omnium, * qui effu-
per omnes, et per omnia, et in omnibus
nobis. Epist. 4.
3. Deus erat Verbum: in ipso vita erat, * et
vita erat lux hominum. Joan. 1.
4. ad laudes. Spiritus intelligentie sanctorum, *
omnem habens virtutem, omnia profici-
ciens. Sap. 7.
5. Benedicentes Dominum, exalate illum,
quantum potestis: * maior est enim omni
laude. alleluia. Ecli. 43.

Lectio Rom. 11.

Quis cognovit sensum Domini, aut quis con-
siliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi,
et retribuetur ei? quoniam ex ipso, et per
ipsum, et in ipso sunt omnia: ipsi gloria in
secula. amen.

R. V. Benedixtus es Deus, * in firmamento caeli.
V. Et laudabilis, et gloriosus in secula. Rom. 9.

Hymnus C. M.

1. O luce qua tua cates,
beata semper Trinitas: *
Te confitemur, credimus,
bisque corde quorimus.
2. O sancte Donorum Pater,
O cetera Deo Deus! *
O charitatis vinculum,
Jungens utrumque spiritus.
3. Quo se videt Pater, Patri
O quale Verbum nascitur: *
Amor que, quo se diligit,
Et ipse procedit Deus.

4. Est totus in clavo pater,
In patre totus filius, &
Clavoque plenus ac pater
Inest utriusque spiritus.

5. Quod datus est, hoc spiritus,
Hoc est uterque, quod pater: &
Tres una summa veritas,
Tres una summa charitas.

6. Alterna patri gloria,
Clavoque sit cum spiritu: &
Qui vivit et regnat Deus
In seculorum secula. amen.

V. Confitebimur tibi Deus.

R. Confitebimur, et invocabimus nomen tuum. Ps. 74.

ad Bened. ant. Sanctus, Sanctus, Sanctus Do-
minus Deus omnipotens: & qui erat, et qui
est, et qui venturus est. apoc. 4.

Oratio ex I. Vesperis.

Pro commemoratione Dominice.

ant. Nolite condemnare, et non condemna-
bimini: & eadem quippe mensura, qua mesi-
fueritis, remetietur vobis. Luc. 6.

V. Mane ad stabula tibi Domine, et videbo:

R. Quoniam non Deus volens iniquitatem tu-
es. Ps. 5.

Oratio ut in I. Vesperis.

Ad primam dicitur Symbolum unicuique.

Ad Tertiam. Lectio Ephes. 3.

Flecto genua mea ad Patrem Domini nostri
Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in caelis
et in terra nominatur: ut det vobis secundum
divitias gloriae suae corroborari per Spiritum
eius in interiorem hominem, Christum habi-
tare per fidem in cordibus vestris.

V. Iustus Dominus in omnibus viis suis;

R. Et sanctus in omnibus operibus
suis. Ps. 144.

Ad Sextam. Lectio Hebr. j.

Filium Deus constituit heredem universorum,
per quem fecit et secula: quicum sit splendor
gloria et figura substantia eius, portansque
omnia verbo virtutis sue, purificationem pec-
catorum faciens, sedet ad dexteram maiesta-
tis in excelsis.

V. Tu Dominus altissimus super omnem terram:

R. Tu Dominus exaltatus super omnes deos. Ps. 96.

Ad Nonam. Lectio Eph. 5.

Implemini spiritu sancto, loquentes vobismetipsis
in psalmis, et hymnis, et canticis spiritualibus,
cantantes et psallentes in cordibus vestris Domino;
gratias agentes semper pro omnibus in nomine
Domini nostri Jesu Christi, deo et patri.

V. Exaltate Dominum Deum nostrum:

R. Quoniam sanctus Dominus. Ps. 98.

Ad II. Vesperas.Antiphona ex Matutinis.Lectio Epist. Jude.

Cherissimi, super edificantes vos metipso sanctif-
icatis vestre fidei, in spiritu sancto orantes, vos
metipso in dilectione Dei servate, expectantes
misericordiam Domini nostri Jesu Christi in vi-
tam eternam.

R. bi. et hymnus ex I. Vesperis.

V. Magnus es tu Domine, et faciens mirabilia:

R. Tu es Deus solus. Ps. 85.

Ad Magnif. ant. Domini Deitui caelum est, et cae-
lum caeli; terra, et omnia, quo in caelo: et soli
servies, ipsi adhaerebis: ipse est laus tua, et Deus
tuus. Deut. 10.

Pro commemoratione Dominica.

Ant. Non est discipulus super magistrum: et per-
fectus autem omnis erit, si sit sicut magister
eius. Luc. 6.

V. In Deo laudabimur tota die:

R. In nomine tuo confitebimur in seculum. Ps. 40.

Oratio ut in I. Vesperis.

Leitio I.

De libro primo Regum. cap. 4.

Nihil populus in Silo, et tulerunt inde arcam
 sedes Domini exercituum sedentis super cherubim,
 et duo filii Heli cum arca foederis Dei, Oph-
 ni et Phinees. Cumque venisset arca foederis Domini
 in castra, vociferatus est omnis Israel clamore
 ranti, et perfonuit terra. Pugnaverunt ergo Phi-
 listhim, et cecidit Israel, et fugit unusquisque
 in tabernaculum suum. Et facta est plaga magna
 in eis, et ceciderunt de Israel triginta millia pedi-
 um. * Et arca Dei capta est: duo quoque filii
 Heli mortui sunt, Ophni et Phinees. Currens
 autem vir de Benjamin ex acie, venit in Silo
 in die illa, scissa veste, et confusus pulvere ca-
 sut. Cumque ille venisset, Heli sedebat super
 sellam contra viam spectans: erat enim cor eius
 ravis pro arca Dei. ¶ Vir autem ille post-
 quam in gressus est, nuntiavit urbi, et ululavit
 omnis civitas. Et audivit Heli sonitum clamoris,
 dixitque: quis est hic sonitus tumultus huius?
 At ille festinavit, et venit, et nuntiavit Heli.
 Heli autem erat nonaginta et octo annorum,
 et oculi eius caligaverant, et videre non po-
 terat. * Et dixit ad Heli: ego sum, qui veni
 de praelio, et ego, qui de acie fugi hodie. Cui ille
 ait: quid adhuc est fili mi? Respondens autem
 ille, qui nuntiabat: Fugit, inquit, Israel
 coram Philisthim, et ruina magna facta est
 in populo: in super et duo filii tui mortui sunt,
 Ophni et Phinees: et arca Dei capta est. Cum-
 que ille nominasset arcam Dei, cecidit de
 sella retrorsum iuxta ostium, et fractis cer-
 vicibus mortuus est.

¶ Ps. ex I. et nocturno Dominico procedentis.

Leitio II.

De expositione sancti Gregorii Papae.
 Broam. in l. i. Reg.

Historia Regum, quia eo spiritu condita, quo
 et cetera Scripturae sanctae volumina cog-
 noscuntur, non debet credi esse minor sa-
 cramentis, quibus non est inferior titulus auto-
 ritatis. Nam omnes scriptores eius prophetae
 fuisse referuntur: qui cum historica narrent,
 spiritualia figunt: exteriora loquuntur,
 et intima innunt: terrena proponunt,
 ut coelestia exequantur. Nos autem de tanto
 pondere pro modo pusillitatis nostrae assumi-
 mus ferenda, quae possumus. Nam cum sua-
 vis sit in superficie littera, altior in typis
 allegoris, moribus instruendis; in locis ta-
 men singulis et historica aperere, et typica
 proferre, et conferre moralia, et proponere
 exempla refugio: quamquam alia sub uno
 intellectu, adiuvante Domino, sine expofi-
 turus, alia vero sub pluribus. Maxime cum
 his temporibus scribendi operam dare con-
 fuerim, in quibus dum cordibus quorum-
 dam ecclesiasticorum virorum vetus solli-
 citudo mundano intentionis immergitur,
 nova scribendi studia eo esse superflua iu-
 dicant, quo et doctorum venerabilium abun-
 dare vetera non ignorant. qui nimirum
 ratione convincendi egent, nisi signum calum-
 niae exposita fronte protulerint. Nam qui
 nova velut nova contemnunt; illa quo probant
 vetera, curarum secularium satietate fasti-
 diunt. quos sane plures sub unius denotatione
 Scriptura exponit dicens: anima saturata cal-
 cabit favum.

Feria III.

Lectio I.

De libro primo Regum. cap. 5.
 Philistinum autem tulerunt arcam Dei, et
 apportaverunt eam a lapide ad iudorim in Bethoron.

Tuleruntque Philistinim arcam Dei, et intule-
runt eam in templum Dagon, et statuerunt eam
iuxta Dagon. Cumque surrexissent diluculo aſotii:
altera die, ecce Dagon iacebat pronus in terra ante
riam Domini: et tulerunt Dagon, et restitue-
runt eum in locum suum. * Perſumque mare
in altera confurgentes, invenerunt Dagon ia-
centem super faciem suam in terra coram arca
Domini: caput autem Dagon, et duo palme
ramuum eius abscisso erant super limen: porro
Dagon solus truncus remanserat in loco suo.
Aggravata est autem manus Domini super azo-
rios, et demolitus est eos, et percussit in fertiliſ-
sime parte azorum et fines eius. Et buldierunt
alles et agri in medio regionis illius, et rati sunt
mures, et facta est confusio mortis magne in
civitate. ¶ Videntes autem viri azotii huius-
modi plagam, dixerunt: non maneat arca
Dei Israel apud nos, quoniam dura est manus
Dei super nos, et super Dagon deum nostrum.
Et mittentes congregaverunt omnes satrapas
Philistinorum ad se, et dixerunt: quid faciemus
de arca Dei Israel? Responderuntque gethoi:
circumducatur arca Dei Israel. Et circumduxe-
runt arcam Dei Israel. * Miserunt ergo arcam
Dei in Auaron. Cumque venisset arca Dei in Auaron,
exclamaverunt Auaroniti, dicentes: adduxerunt
ad nos arcam Dei Israel, ut interficiat nos et popu-
lum nostrum. Miserunt itaque et congrega-
verunt omnes satrapas Philistinorum, qui
dixerunt: dimittite arcam Dei Israel, et rever-
tatur in locum suum, et non interficiat nos
cum populo nostro.

Ex. ca II. nocturno Domini coe precedenti.

Lectio II.

De Expositione sancti Gregorii Papa.

Feria VI.

De Octava Eucharistiæ

Duplex 3. lect.

Per hanc octavam officium fit, ut in festo,
preter ea, quæ singulis diebus habentur pro-
pria. antiphona nocturnorum de Eucharistia.

In I. nocturno.V. a fructu frumenti, vini, et olei sui,R. multiplicati sunt. Ps. 11.Lectio I.

Incipit Malachias Propheta.

cap. i.

Onus verbi Domini ad Israel in manu Ma-
 lachias. Dilexi vos, dicit Dominus; et dixistis:
 in quo dilexisti nos? et nonne frater erat
 Esau Jacob, dicit Dominus; et dilexi Jacob,
 Esau autem odio habui? et posui montes
 eius in solitudinem, et hereditatem eius in
 dracones deserti. quod si dixerit frumosa:
 destructi sumus, sed revertentes edificabimus
 quæ destructa sunt; hæc dicit Dominus exer-
 cituum: isti edificabunt, et ego destruam, et
 vocabuntur termini impietatis, et populus,
 cui iratus est Dominus usque in æternum. Et
 oculi vestri videbunt, et vos dicetis: magnifi-
 cetur Dominus super terminum Israel. Filius
 honorat patrem, et servus dominum suum: si
 ergo valer ego sum, ubi est honor meus? et si Do-
 minus ego sum, ubi est timor meus? dicit Do-
 minus exercituum. Ad vos o sacerdotes, qui
 despiciatis nomen meum, et dixistis: in quo de-
 speximus nomen tuum? offeritis super altare
 meum panem pollutum, et dicitis: in quo pol-
 luimus te? in eo, quod dicitis: mensa Domini
 despecta est. Si offeratis cecum ad immolandum,
 nonne malum est? et si offeratis claudum et

languidum, nonne malum est? offer illud
 tui tui, si placuerit ei, aut si susceperit faciem
 tuam, dicit Dominus exercituum.

Ex 1. nocturno Iesii.

Lectio II.

Ex libro quinto sancti Irenaei Episcopi et
 Martyris contra haereses. cap. 2.

Si non saluetur caro, videlicet nec Dominus
 sanguine suo redemit nos; neque calix Eucharistiae
 communicatio sanguinis eius est; neque panis,
 quem frangimus, communicatio corporis eius
 est. Sanguis enim non est, nisi a venis et carnibus,
 et a reliqua, quo est secundum hominem, sub-
 stantia, qua vere factum est Verbum Dei. San-
 guine suo redemit nos. Et quoniam membra
 eius sumus, et per creaturam nutrimur;
 creaturam autem ipse nobis prostat, solem
 suum oriri faciens, et pluens quemadmodum
 vult; eum calicem, qui est creatura, suum sangui-
 nem qui effusus est, ex quo auget nostrum san-
 guinem, et eum panem, qui est creatura,
 suum corpus confirmavit, ex quo nostra auget
 corpora. Quando ergo et mixtus calix, et factus
 panis percipit verbum Dei, et fit Eucharistia san-
 guinis et corporis Christi; ex quibus augetur et
 consistit carnis nostrae substantia; quomodo car-
 nem negant, capax esse donationis Dei, quo
 est vita aeterna, quo sanguine et Corpore Christi
 nutrimur, et membrum eius est?

Lectio III.

Quemadmodum et beatus apostolus ait
 in ea, quo est ad Ephesios, epistola: quoniam
 membra sumus corporis eius, de carne eius,
 et de ossibus eius; non de spiritali aliquo
 et invisibili homine dicens hoc; spiritus
 enim neque ossa, neque carnes habet; sed
 de ea dispositione, quo est secundum verum
 hominem, quo ex carnibus et nervis et ossibus

Lectio II.

De expositione sancti Gregorii Bapto.

l. 3. cap. 4.

Qui sunt, qui sacerdotes et divinos consulunt, nisi fideles sancto ecclesie, qui eterna salutis viam sine errore tenere concupiscunt? Et qui sacerdotes et divini, nisi sancto ecclesie predicatorum intelliguntur? Sacerdotes quippe sunt ob oblationem sacramenti: divini vero ministerio predicationis. Etiam duo ista in pastoris persona conveniunt, si ei adsit et sanctitas vite et eruditio sapientie: quia ad purganda peccata subditorum constitutus est, et ad errorum caliginem predicationis luce depellendam. Pastor ergo sancto ecclesie, qui vite sanctitatem habet, et divino predicationis virtutem non habet, sacerdos quidem, et non divinus est. Item si verbi facundiam retinet, sine vite sanctitate, et si divinus esse certum, sacerdotii honore nequaquam decoratur: quia quod sublimiter predicat, terrena actione conculcat. qui autem de arca loco, et de remittenda arca Dei interrogant, et sacerdotes et divinos vocant: quia nimirum ii, qui de cognitione divino predicationis venturo vite gaudia diligunt, ad salutis consilium nec carnales sapientes, nec multum simplices religiosos pastores querunt. Sacerdotes itaque et divinos vocant: quia eis se committunt, qui et superni virtutem itineris demonstrant sublimitate scientie, et pro subditis omnipotenti Deo idonei intercessores sunt per puritatem vite.

In Festo

B. Corporis et Sanguinis Domini.

Solemnitas I. clavis.Cum octava maiore.

Ad I. Vesperas antiphona.

- 1. Redemit Dominus Jacob, et liberavit eum: et venient, et laudabunt in monte Sion; et confluent ad bona Domini super frumento et vino. Jer. 31.
- 2. Consolabor eos, et letificabo a dolore suo: et inebriabo animam sacerdotum pinguedine, ait Dominus. Jer. 31.
- 3. Erunt anima eorum quasi hortus irriguus, et ultra non esurient: et populus meus bonis meis adimplebitur. Jer. 31.
- 1. Audite audientes me, et comedite bonum: et feriam vobiscum pactum sempiternum. Ps. 55.

Lectio. Euli. 24.

Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, et a generationibus meis implemini: spiritus enim meus super mel dulcis, et hereditas mea super mel et favum, memoria mea in generationes seculorum: qui edunt me, adhuc esurient, et qui bibunt me, adhuc sitient, et qui elucidant me, vitam eternam habebunt.

R. br. gustate et videte: quoniam suavis est Dominus.

V. Non est timor inopia timentibus eum. Ps. 33.

Hymnus S. Thomae ap.

- 1. Bange lingua gloriosi
Corporis mysterium,
Sanguinisque pretiosi: *
Quem in mundi pretium
Fructus ventris generosi
Rex effudit gentium.
- 2. Nobis datus, nobis natus
Ex intacta Virgine; *
Et in mundo conversatus
Sperso verbi semine, *
Sui moras incolatus
Otiro clausit ordine.

3. In Supremo nocte ceno
 Recumbens cum fratribus,*
 Observata lege plene,
 Cibis in legalibus,*
 Cibum turba duodeno
 Se dat suis manibus.

4. Verbum caro panem verum
 Verbo carnem efficit:*
 Filque sanguis Christi merum,
 Essi sensus deficit:*
 Ad firmandum cor sincerum
 Sola fides sufficit.
 Ha genua flectitur.

5. Tantum ergo Sacramentum
 Veneremur cernui:*
 Et antiquum documentum
 Novo cedat ritui:*
 Propter fides supplementum
 Sensuum defectui.

G. Genitori Genitoque
 Laus et iubilatio:*
 Salus honor, virtus quoque,
 Sit et benedictio:*
 Procedenti ab utroque
 Compar sit laudatio. amen.

V. Quam magna multitudo dulcedinis
 tuae, Domine!

R. Quam abscondisti timentibus te. Ps. 50.
 ad Magnif. ant. Omnes sitientes venite ad
 aquas; properate, et comadite:* et venite ad
 me, et vivet anima vestra. Ps. 55.

Oratio brev. Rom.

Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili
 Passionis tuae memoriam reliquisti: tribue,
 quo sumus, illa nos corporis et sanguinis tui
 sacra mysteria venerari; ut redemptionis tuae
 fructum in nobis iugiter sentiamus. qui vivis
 et regnas cum Deo Patre.

Jesu tibi sit gloria *

Qui carnes, quam de Virgine
Immaculatam sumferas,
Nos pascis, ^{atque} sanguine. amen.

Ad Vigilias et nocturnas.

Invit. Panem vite Jesum Christum Dominum
nostrum: * venite adoremus. Joan. 6.

Hymnus S. Thoma Aq.

1. Sacris solemnibus iuncta sunt gaudia,
Et ex precordiis sonent proconia: *
Recedant vetera, nova sint omnia,
Corda voces et opera.

2. Noctis receditur caena novissima,
Qua Christus creditur agnum et agnema
Dedit fratribus, * iuxta legitima
Priscis indulta patribus.

3. Post agnum, tyrricum explebis epulis,
Corpus Dominicum datum discipulis, *
Sic totum omnibus, quod totum singulis,
Eius fatemur manibus.

4. Dedit fragilibus corporis ferculum,
Dedit et vixibus sanguinis poculum: *
Dicens: accipite, quod trado vasculum;
Omnes ex eo bibite.

5. Si sacrificium istud instituit,
Cuius officium committi voluit
Solis Presbyteris: * quibus si congruit,
Ut sumant, et dent ceteris.

6. Panis angelicus sit panis hominum,
Dat panis coelicus figuris terminum: *
O res mirabilis! manducat Dominum
Pauper serous et humilis.

7. Te Trina Deitas, unaque poscimus,
Sic nos tu visita, sicut te colimus: *
Per tuas semitas duc nos, quo tendimus,
Ad lucem, quam inhabitas. amen.

In I. Nocturno antiphona.

1. Melchisedech sacerdos Dei ac tibi pini, & protulit panem et vinum. gen. 14.
2. Omnis oblatio, quae offertur Domino, & absque fermento fiet. Levit. 2.
3. Vinum et libamentum offeret sacerdos, & in odorem suavitatis Domino. olam. 15.
4. Sacerdotes sancti erunt, quia consecrati sunt Deo suo: & et panes propositionis offerunt. Lev. 21.
5. Comedant eos in loco sancto, & quia sanctum sanctorum est de sacrificiis Domini. Lev. 24.
6. Triticum comedent, & et vinum bibent in atriis sanctis meis. Ps. 62.
7. a fructu frumenti, vini et olei sui,
8. Multiplicati sunt. Ps. 4.

Lectio I.

De libro Exodi. cap. 12.

Dixit Dominus ad Moysen et Aaron in terra Aegypti: loquimini ad universum coetum filiorum Israel, et dicitis eis. Decima die mensis huius tollat unusquisque agnum per familias et domos suas. Erit autem agnus absque macula, masculus, anniculus: iuxta quem ritum tolletis et hœdum. Et servabitur eum usque ad quartam decimam diem mensis huius: immolabitque eum universa multitudo filiorum Israel ad vesperam. Et sument de sanguine eius, ac ponent super utrumque postem, et in superliminaribus domorum, in quibus comedent illum. Et edent carnes nocte illa a pas igni, et azymos panes cum lactucis agrostibus.

Ps. Immolabit agnum multitudo filiorum Israel ad vesperam pasche, et edent carnes, et azymos panes: & quicumque

Figura

I. De sacrificio in atriis.

II. De cruentis, aliisque figuris.

comederit fermentatum, peribit. V. Pascha
nostrum immolatus est Christus: itaque quae
tenetur in aegymis sinceritatis et veritatis.
* quicumque. Exod. 12. 1. Cor. 5.

Lectio II. cap. 16.

Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: audiui
murmurationes filiorum Israel; loquere
ad eos: vespere comedetis carnes, et mane
saturabimini panibus; sicutisque, quod
ego sum Dominus Deus vester. Factum est
ergo vespere, et ascendens castrum coope-
ruit castra: mane quoque ros iacuit per
circuitum castrorum. Cumque operisset
superficiem terrae, apparuit in solitudine
minutum, et quasi pilo lufum, in simili-
tudinem pruinae super terram. quod cum
vidissent filii Israel, dixerunt ad invicem:
man hu; quod significat: quid est hoc? ig-
norabant enim, quid esset. quibus ait Moyses:
iste est panis, quem Dominus dedit vobis ad
vescendum.

Ps. Comedetis carnes, et saturabimini pa-
nibus: * iste est panis, quem Dominus dedit
vobis ad vescendum. V. Non Moyses dedit
vobis panem de caelo: sed pater meus dabit vobis
panem de caelo verum. * iste. Exod. 16.
Joan. 6.

Lectio III. cap. 21.

Venit Moyses, et narravit plebi omnia
verba Domini atque iudicia; responditque
omnis populus una voce: omnia verba
Domini, quae locutus est, faciemus. Scripsit
autem Moyses universos sermones Domi-
ni, et mane confurgens edificavit altare
ad riviem montis, et duodecim titulos
per duodecim tribus Israel. Misitque iuvenes

De filiis Israel, et obtulerunt holocausta, immolaveruntque victimas pacificas Domino, vitulos. Tulit itaque Moyses dimidiam partem sanguinis, et misit in crateras: partem autem residuam fudit super altare. Absumensque volumen foederis, legit audiente populo, qui dixerunt: omnia quae locutus est Dominus, faciemus, et erimus obediētes. Ille vero sanguinem repperfit in populum, et ait: Hic est sanguis foederis, quod pepigit Dominus vobis cum super cunctis sermonibus his.

Ps. Accipiens Moyses sanguinem, omnem populum aspersit dicens: hic sanguis testamenti, & quod mandavit ad vos Deus. *V. Iohes* aucto calice gratias agens dedit discipulis suis, et ait: hic est sanguis meus novi testamenti. & quod. *Hebr. g. Marc. 14.*

Lectio IV.

De libro tertio Regum. cap. 19.

Venit Elias in Bersabee Iuda, et dimisit ibi puerum suum, et perrexit in desertum viam unius diei. Cumque venisset et sederet subter unam iuniperum, petivit sibi manna, ut moreretur, et ait: sufficit mihi Domine stolle animam meam; neque enim melior sum, quam patres mei. Proiecitque se, et obdormivit in umbra iuniperi. Et ecce angelus Domini tetigit eum, et dixit illi: surge et comede. Repposuit, et ecce ad caput suum subinerit panis, et vas aquae; comedit ergo et bibit, et rursum obdormivit. Rursumque est angelus Domini secundo, et tetigit eum, et dixitque illi: surge, comede; grandis enim tibi restat via. Quicumque suscepit, comedit, et bibit, et ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, et quadraginta noctibus, usque ad montem Dei Horeb.

Ps. Hic est panis de caelo descendens, ut si

quis ex ipso manducet, non moriatur: & qui
manducet hunc panem, vivet in eternum.
Comedit Elias et bibit, et ambulavit in for-
titudine cibi illius usque ad montem Dei. & qui.
gloria. & qui. Jo. 6. 5. Reg. 19.

In II. nocturno antiphona.

figuratum.

- 1. Melchisedech assimilatus Filio Dei & ma-
net sacerdos in perpetuum. Hebr. 7.
- 2. Jesus eo quod maneat in eternum, & sempi-
ternum habet sacerdotium. ib.
- 3. Una oblatione & consummavit in eter-
num sanctificatos. Hebr. 10.
- 4. Discubuit Jesus, et duodecim apostolicum
co, et ait illis: & desiderio desideravi hoc
pascha manducare vobiscum. Luc. 22.
- 5. Accepit pane gratias egit et fregit, et de-
dit eis dicens: & hoc est corpus meum, quod
pro vobis datur. ib.
- 6. Hic est calix novum testamentum in sanguine
meo: & qui pro vobis fundetur. ib.
- 7. Tu es sacerdos in eternum;
8. Secundum ordinem Melchisedech. Ps. 110.

Lectio V.

Ex epistola sancti Ignatii episcopi et
Martiris ad Smyrnaeos.

Fides ecclesie circa Eucharistiam
II. seculo.

Considerate eos, qui alienam opinionem
tuentur contra gratiam Jesu Christi, quae ad nos
venit, quomodo caeteri sunt sectantes Dei. ab
Eucharistia et oratione abstinere, eo quod non con-
fiteantur Eucharistiam carnem esse servatoris
nostri Jesu Christi, quo pro peccatis nostris peccata est,
quam pater sua benignitate suscitavit. qui ergo
contradiciunt huic dono Dei, aetherantes mo-
riuntur. utile autem est ipsis diligere, id est,
Agapen celebrare, et Eucharistia ac canone Domi-
ni participes fieri, ut et resurgant.

Et dixit Jesus Judaeis: panis, quem ego

Dabo, caro mea est pro mundi vita. & Litigabant
ergo dicentes ad invicem: quomodo potest hic vo-
bis carnem suam dare ad manducandum? &c.
Oblecti sunt benefactorum eius, et mirabilium
eius, quae ostendit eis. * Litigabant. Jo. 6.

Ps. 44.

Lectio VI.

Ex apologia sancti Iustini Martyris.

apol. j. ad Antonin. Quin. sup.

Ei, qui fratribus praestit, panis affertur, et
poculum aquae et vini: quibus ille acceptis,
laudem et gloriam universorum parenti per
nomen Filii et Spiritus sancti emittit; et
Eucharistiam sive gratiarum actionem pro
his ab illo acceptis donis prolixè exequitur.
Postquam preces et Eucharistiam absolvit,
populus omnis exclamat: amen. amen
autem Hebraea lingua idem valet ac Fiat.
Postquam vero is, qui praestit, preces absolvit,
et populus omnis exclamavit; qui apud nos
dicuntur Diaconi, panem et vinum et aquam,
in quibus gratis acta sunt, unicuique pro-
sentium participanda distribuunt, et ad
absentes perferunt.

¶ Coenantiibus discipulis accepit Iesus pa-
nem, et benedixit ac fregit, deditque eis, et
ait: * accipite et comedite, hoc est corpus me-
um. &c. Dixerunt viri tabernaculi mei: quis
vel de carnibus eius, vel saturemur? & accipite.
Matth. 26. Jo. 13.

Lectio VII.

Atque hoc alimentum apud nos vocatur Eu-
charistia, cuius nemini alii licet esse partici-
panti, nisi qui credat vera esse, quae docemur,
et atque illo ad remissionem peccatorum obre-
tationem generationem lavacro ablutus fuerit, et
vivat, ut Christus tradidit. Atque enim ut
communem panem, neque ut communem
potum ista sumimus; sed quemadmodum per

Verbum Dei caro factus, Jesus Christus Salvator
 noster et carnem et sanguinem habuit nostro
 salutis causa; si etiam illam, in qua per precam
 ipsius verba continentem gratie actio sunt,
 et in omnia, ex qua sanguis et carnes nostre
 per mutationem aluntur, incarnati illius
 Iesu et carnem et sanguinem esse edocti sumus.
 Nam apostoli in commentariis suis, que vo-
 cantur Evangelia, ita sibi mandasse Iesum
 tradiderunt: cum scilicet accepto pane, cum
 gratias egisset, dixisse: hoc facite in meam
 commemorationem; hoc est corpus meum:
 et postea similiter accepto, adisque gratias
 dixisse: hic est sanguis meus; ipsisque solis tra-
 didisse. Ex illo tempore hoc semper nobis in-
 vicem in memoriam revocamus, atque in
 omnibus oblationibus laudamus Creatorem
 omnium per Filium eius Iesum Christum, et
 per Spiritum sanctum.

R. Accipiens Iesus calicem, gratias egit, et
 dedit illis dicens: * bibite ex hoc omnes; hic est
 enim sanguis meus novi testamenti, qui pro
 multis effundetur in remissionem peccato-
 rum. X. Hic est sanguis foederis, quod pepigit
 Dominus vobiscum. * bibite. Matth. 26. Marc. 14.

Lectio VIII.

Ex Dialogo eiusdem cum Tryphone.
 n. 41.

Sacrificium verum.

Simila oblatio pro iis, qui a lepra purga-
 bantur, prescripta, figura erat panis Eucha-
 ristie, quem Dominus noster Iesus Christus
 in recordationem passionis, pro his, qui ab om-
 ni pravitate purgantur, suscepto, fieri
 precepit, ut et simul gratias agamus Deo,
 tum quod mundum et omnia, que in eo sunt,
 propter hominem creaverit; tum quod nos
 a nequitia, in qua fuimus, liberaverit, et
 principatus et potestates funditus profligaverit
 per eum, qui de eius voluntate passioni factus

est obnoxius. Hinc de sacrificiis quidem, quo-
 tunc (a iudeis) offeriebantur, sic Deus per Ela-
 lactiam, unum ex duodecim (prophetis) lo-
 quitur: non est voluntas mea in votis, dicit
 Dominus, et sacrificium non suscipiam de
 manibus vestris: propterea quod ab hoc solis
 usque ad occasum nomen meum glorificatum
 est in gentibus; et in omni loco offeritur in
 censum nomini meo, et victima pura, quo-
 niam magnum est nomen meum in gentibus,
 dicit Dominus: vos autem illud profanatis.
 De iis autem, que in omni loco a nobis gen-
 tibus offeruntur ei, sacrificiis, hoc est, de pane
 Eucharistie, et de calice similiter Eucharistie,
 iam tum prouidit; illud etiam aduersus, no-
 men suum a nobis glorificari.

Ps. Memoriam fecit mirabilia suorum
 misericors et miserator Dominus: et escam
 dedit timentibus se: memor erit in seculum
 testamenti sui. V. Jesus, cum dilexisset suos,
 qui erant in mundo, in finem dilexit eos.
 * escam. V. gloria. * escam. Ps. 110. Joan. 13.

In III. nocturno.

Ant. Angelorum esca nutriti sunt populum
 tuum Domine: et panem de caelo prestasti
 illis, omne delectamentum in habentibus.
 alleluia. Sap. 16.

Canticum I. Prov. 9.

Sapientia edificavit sibi domum; et exciuit
 columnas septem:
 Immolauit victimas suas; et misit vinum, et
 proposuit mensam suam.
 Misit ancillas suas, ut vocarent ad eam, et
 ad mania civitatis,
 Siquis est paruulus, veniat ad me; et insipien-
 tibus locuta est:
 Venite comedite panem meum; et bibite vi-
 num, quod misui vobis.

71.
Dies me enim multiplicabuntur dies tui; et
adventur tibi anni vite.

Canticum II. Sap. 16.

Angelorum esca nutritivisti populum tuum: et
et paratum panem de caelo prestivisti illis
sine labore,

omne delectamentum in se habentem, et
omnis saporis suavitatem.

Libertantia enim tua dulcedinem tuam, et quam
in filios habes, ostendebat:

Deserviens uniuscuiusque voluntati, et ad
quod quisque volebat, convertebatur:

Ut scirent filii tui, quos dilexisti Domine, quo-
nam non naturalitatis fructus pascent
homines; sed sermo tuus hos, qui in te cre-
derint, confirmat.

Canticum III. Jer. 31.

Audite verbum Domini gentes, et annun-
tiate in insulis, quo procul sunt, et dicite:

Qui dispersit Israel congregabit eum: et custo-
diat eum, quasi pastor gregem suum.

Redemit enim Dominus Jacob; et liberavit
eum de manu potentioris.

Et venient, et laudabunt in monte Sion: et
et confluent ad bona Domini,

super frumento et vino et oleo: et foetu
pecorum et armentorum:

Eritque anima eorum quasi hortus irriguus; et
et ueltra non esurient.

Tunc letabitur virgo in choro, et iuvenes et
senes simul:

Et convertam luctum eorum in gau-
dium, et consolabor eos, et labifica-
bo a dolore suo.

Et inebriabo animam sacerdotum pinguedine: et
et populus meus in bonis meis adimple-
bitur, ait Dominus.

Ant. Angelorum esca nutritivisti populum
tuum Domine: & et panem de celo presti-
visti illis, omne delectamentum in se ha-
bentem: alleluia. Sap. 16.

V. Evacas panem de terra, et vinum coti-
ficat cor hominis:

Sp. De fructu operum tuorum satiabitur
terra. Ps. 103.

Lectio IX.

De epistola prima beati Pauli apostoli
ad Corinthios. cap. ii:

Convenientibus vobis in eulethiam, audio
scripturas esse inter vos, et ex parte credo etiam
oportet et hereses esse, ut et qui probati
sunt, manifesti fiant in vobis. Consonien-
tibus ergo ~~is~~ vobis in unum, iam non est de-
nunciam cenam manducare. Unus quisque
enim suam cenam profumit ad mandu-
candum: et alius quidem ebrius, alius autem
ebrius est. Numquid domos non habetis ad
manducandum et bibendum? aut eulethiam
Dei contemnitis, et confunditis eos, qui
non habent? quid dicam vobis? laudo vos?
in hoc non laudo.

R. Qui manducat carnem meam, et bibit
meum sanguinem, & in me manet, et ego
in illo. V. Non est alia ratio tam grandis,
quo habeat deos ad propinquantes filii,
sicut Deus noster adest vobis. & in me. Joan. 1.
Deut. 4.

Lectio X.

Ego enim accipi a Domino, quod et tradidi
vobis: quoniam Dominus Jesus, in qua
nocte tradebatur, accipit panem, et gratias
agens, fregit et dixit: accipite et mandu-
cate; hoc est corpus meum, quod pro vo-
bis tradetur: hoc facite in meam com-
memorationem. Similiter et calicem, postquam

enavit dicens: hic calix novum testamentum
est in meo sanguine: hoc facite, quotiescumque
bibetis in meam commemorationem. quoties-
cumque enim manducabitis panem hunc,
et calicem bibetis, mortem Domini annuntia-
bitis, donec veniat.

¶ Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo
propter Patrem: * et qui manducat me,
et ipse vivet propter me. V. Ecce servi mei
comedent, ecce servi mei bibent: et exultabo
et gaudebo in populo meo. * et qui. Joan. 6.
51. 69.

Lectio XI.

Itaque quicumque manducaverit panem
hunc, vel biberit calicem Domini indigne,
reus erit corporis et sanguinis Domini. Pro-
bet autem se ipsum homo; et sic de pane illo
edat, et de calice bibat. qui enim man-
ducat et bibit indigne, iudicium sibi man-
ducat et bibit, non diiudicans corpus Domi-
ni. Ideo inter vos multi infirmi et mi-
becilles, et dormiunt multi. quod si nos-
metipsos diiudicaremus, non ubique iu-
dicaremur. Dum iudicamur autem, a
Domino corripimur, ut non cum hoc mun-
do damnemur.

¶ Patres nostri manducaverunt manna
in deserto, sicut scriptum est: * panem de
caelo dedit eis manducare. V. Panis Dei
est, qui de caelo descendit, et dat vitam mundo.
* panem. Joan. 6.

Lectio XII.

Expositio sancti Cyrilli episcopi Hiero-
solymitani. catech. myst. 4.

Hoc sola beati Pauli institutio abunde suffi-
ciens est, ut certam vobis de divinis mysteriis
idem faciat: quibus digni calicis, non corporis
et sanguinis Christi facti estis. Ille enim modo

cla mabat, quod in ea nocte, qua tradebatur Domi-
 nus noster Iesus Christus, sumto pane et gratias
 actis, fregit et dedit suis discipulis, dicens: accipite,
 manducate, hoc est corpus meum. Et sumto calice,
 ac gratias actis dixit: accipite, bibite, hic est
 sanguis meus. Cum igitur ipse pronuntiaverit
 et dixerit de pane: hoc corpus est meum; quis
 audebit deinceps ambigere? Et cum ipse asse-
 veraverit et dixerit: hic meus est sanguis;
 quis unquam dubitaverit, aieus non esse
 eius sanguinem? Aquam olim in vinum,
 quod sanguini affine est, in cana Galilee
 transmutavit: et eam parum dignum existi-
 mabimus, cui credamus, cum vinum in sa-
 nguinem transmutavit? Quare cum omni
 persuasione tanquam corpus et sanguinem
 Christi illa sumamus. Etiam in figura panis
 datur tibi corpus, et in figura vini datur tibi
 sanguis: ut cum sumseris corpus et sanguinem
 Christi, concorporeus et consanguis ipsi
 efficiaris.

R. Unus panis, et unum corpus multi sum-
 mus, & omnes de uno pane, et de uno calice
 participamus. **V.** Parasti in dulcedine tua
 pauperi Deus, qui habitare facis unanimes
 in domo. & omnes. **A.** gloria. & omnes. **J. Cor. 10.**

Ps. 67. Sequentia sancti Evangelii secundum
 Joannem. cap. 6.

In illo tempore: Dixit Iesus turbis Judaeorum:
 caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est
 potus. Qui manducat meam carnem, et bibit
 meum sanguinem, in me manet, et ego in illo.
 Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter
 Patrem: et qui manducat me, et ipse vivet propter
 me. Hic est panis, qui de caelo descendit. et non

sicut manducaverunt patres vestri manna,
et mortui sunt. qui manducal hunc panem,
vivet in eternum.

Ad Laudes Matutinas et Horas.

antiphona.

1. Sapientia edificavit sibi domum, & miscuit
vinum, et posuit mensam. Prov. ii.
2. Venite, comedite panem meum, & bibite
vinum, quod miscui vobis. ibid.
3. Ego sum panis vite, qui venit ad me non perit, &
et qui credit in me, non sitiet unquam. Joan. vi.

V. ad Laudes. Excelsa, et lauda habitatio sua, &
quia magnus in medio tui sanctus Is-
rael. allevia. Ps. 12.

Canticum Confitebor tibi. ex Feria II.

5. Qui manducal meam carnem, et bibit
meum sanguinem, habet vitam eternam, &
et ego resuscitabo eum in novissimo
die. Joan. vi.

Lectio Malach. i.

Ab ortu solis usque ad occasum magnum est no-
men meum in gentibus: et in omni loco sacri-
ficatur, et offerunt nomini meo oblatio munda;
quia magnum est nomen meum in gentibus,
dicit Dominus exercituum.

R. br. A solis ortu usque ad occasum, & laudabile
nomen Domini:

V. Excelsus super omnes gentes Dominus. Ps. 112.

Hymnus S. Thomae Aqu.

1. Verbum supernum prodiens,
etec datus linguens dexteram, &
ad opus suum oriens
Venit ad vitam vesperam.
2. In mortem a discipulo
suis tradendus a mulis, &
brius in vitam ferculo
se tradidit discipulis.

3. Quibus sub bina specie
Carnem dedit et sanguinem: *
Ut duplicis substantie
Totum cibaret hominem.

4. Se nascens dedit socium,
Convalescens in edulium *
Se moriens in premium,
Se regnans dedit in premium.
Huius genui flabitur.

5. O salutaris hostia,
que coeli pandis ostium: *
Pelle premantur hostilia,
Da robur, fer auxilium.

6. Uni Trinoque Domino
Semper eterna gloria: *
Cui vitam sine termino
Vobis donet in patria. amen.

V. Lauda Jerusalem Dominum:
R. quoniam confortavit seras portarum
marum. Ps. 147.

Ad Bened. ant. Eue Deus Saluator meus, fi-
ducialiter agam, et non timebis: * quia for-
titudo mea et laus mea Dominus, et factus
est mihi in salutem. Ps. 12.

Oratio ut in I. Vesperis.

Ad Tertiam. Lectio Ezech. 39.

Hoc dicit Dominus Deus: Convenite, prope-
rate, concurrite undique ad victimam
meam, quam ego immolo vobis, victimam
grandem super montes Israel: ut comedatis
carnem et bibatis sanguinem.

V. Replebimur in bonis donis tuis Domine:

R. Flumen Dei repletum est aquis, parasti
cibum illorum. Ps. 64.

Ad Sextam. Lectio 1. cor. 10.

Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne
communicatio sanguinis Christi est? et

panis, quem frangimus, nonne participatio
corporis Domini est? quoniam unus panis, u-
num corpus multi sumus, omnes qui de uno
pane participamus.

V. Paraſti in conſpectu meo menſam;
V. Adverſus eos, qui tribulant me. Pf. 22.

Ad Octavam. lectio Zach. 9.

Domini exercituum proteget eos, et bibe-
ntes inebriabuntur quasi a vino, et preple-
buntur quasi cornua altaris: quid enim
bonum eius est, et quid pulchrum eius, nisi
lumen electorum, et vinum germenis
virginis?

V. Panem coeli dedit eis:

V. Panem angelorum manducavit homo. Pf. 77.

Ad II. Vesperas.

Antiphona ex I. Vesperis.

Lectio apoc. 3.

Eue ſto ad oſtium et pulſo. ſiquis audierit vo-
cem meam, et aperuerit mihi ianuam, in-
trabo ad illum, et cenabo cum illo, et iſſe
meum.

V. Erunt pauperes, et ſaturabuntur: *
et laudabunt Dominum.

V. Vivent corda eorum in ſeculum ſeculi. Pf. 21.

Hymnus Range lingua. ex I. Vesperis.

V. Juſti epulentur et exultent in conſpectu Dei.

V. Et delectentur in letitia. Pf. 67.

Oratio. ant. Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit
michi Pater meus regnum: * ut edatis et bibatis
ſuper menſam meam in regno meo. Luc. 22.

Inſra hanc octavam non ſit de feſto, niſi de
S. Joanne Baptiſta, aut S. Petro et Paulo, ſi can-
rant. Cetera feſta, id. lectionum trans fe-
runtur poſt octavam, de minoribus vero
ſit tantum commemoratio.

[Faint handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

Teria VI.

De Octava Eucharistia

Duplex s. lect.

Per hanc octavam officium fit, ut in festo,
 præter ea, quæ singulis diebus habentur pro-
 pria. antiphona nocturnorum de Facto.

In I. nocturno.

V. a fructu frumenti, vini, et olei sui,

R. Multiplicati sunt. Ps. 4.

Lectio I.

Incipit Malachias Propheta.

cap. i.

Onus verbi Domini ad Israel in manu Ma-
 lachis. Dilexi vos, dicit Dominus; et dixistis:
 ni quo dilexisti nos? et nonne frater erat
 Esau Jacob, dicit Dominus; et dilexi Jacob,
 Esau autem odio habui? et posui montes
 eius in solitudinem, et hereditatem eius in
 dracones deserti. quod si dixerit Idumea:
 destructi sumus, sed revertentes edificabimus
 quæ destructa sunt; hæc dicit Dominus exer-
 cituum: isti edificabunt, et ego destruam, et
 vocabuntur termini impietatis, et populus,
 cui iratus est Dominus usque in æternum. Et
 oculi vestri videbunt, et vos dicetis: magnifi-
 cetur Dominus super terminum Israel. Filius
 honorat patrem, et servus dominum suum: si
 ergo pater ego sum, ubi est honor meus? et si Do-
 minus ego sum, ubi est timor meus? dicit Do-
 minus exercituum. Ad vos o sacerdotes, qui
 despiciatis nomen meum, et dixistis: in quo de-
 speximus nomen domini? offeritis super altare
 meum panem pollutum, et dicitis: in quo pol-
 luimus te? in eo, quod dicitis: mensa Domini
 despecta est. Si offeratis cœcum ad immolandum,
 nonne malum est? Si offeratis claudum et

languidum, nonne malum est? offer illud
tuo, si placuerit ei, aut si susceperit faciem
suam, dicit Dominus exercituum.

Ex lib. ex 1. Oshurno Testi.

Lectio II.

Ex libro quinto sancti Grenoi Episcopi et
Martyris contra hereses. cap. 2.

Si non saluetur caro, videlicet nec Dominus
sanguine suo redemit nos; neque calix Eucharistia
communicatio sanguinis eius est; neque panis,
quem frangimus, communicatio corporis eius
est. Sanguis enim non est, nisi a venis et carnibus,
et a reliqua, quo est secundum hominem, sub-
stantia, qua vere factum est Verbum Dei. San-
guine suo redemit nos. Et quoniam membra
eius sumus, et per creaturam nutrimur;
creaturam autem ipse nobis prostat, solum
suum oriri faciens, et pluens quemadmodum
vult; eum calicem, qui est creatura, suum sangui-
nem qui effusus est, ex quo auget nostrum san-
guinem, et eum panem, qui est creatura,
suum corpus confirmavit, ex quo nostra auget
corpora. Quando ergo et mixtus calix, et factus
panis percipit verbum Dei, et fit Eucharistia san-
guinis et corporis Christi; ex quibus augetur et
confistit carnis nostre substantia; quomodo car-
nem negant, capax esse donationis Dei, quae
est vita aeterna, quo sanguine et corpore Christi
nutritur, et membrum eius est?

Lectio III.

Quemadmodum et beatus apostolus ait
in ea, quae est ad Ephesios, epistola: quoniam
membra sumus corporis eius, de carne eius,
et de ossibus eius: non de spiritali aliquo
et invisibili homine dicens hoc; spiritus
enim neque ossa, neque carnes habet; sed
de ea dispositione, quae est secundum verum
hominem, quae ex carnibus et nervis et ossibus

confistit; quo de calice, qui est Sanguis eius, nutritur, et de pane, quod est Corpus eius augetur. Et quemadmodum lignum vitis depositum in terram suo fructificat tempore, et granum tritici decidens in terram et dissolutum multiplex surgit per spiritum Dei, qui continet omnia: quo deinde per sapientiam in usum hominis veniunt, et per sapientiam verbum Dei, Eucharistia fiunt, quod est Corpus et Sanguis Christi: sic et nostra corpora ex nutrita, et reposta in terram, et resoluta in ea, resurgent in suo tempore, Verbo Dei resurrectionem eis donante in gloriam Dei Patris: qui huic mortali immortalitatem circumdat, et corruptibili incorruptelam gratuitam donat.

In II. Octurno.

Lectio. j. cor. 5.

Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicut estis ad ymn; etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiae et nequitiae, sed in azymis sinceritatis et veritatis.

V. Lavales inter innocentes manus meas.

R. Et circumdabo altare tuum Domine. Ps. 25.

Hoc lectio cum suo V. dicitur infra octavam in II. Octurno.

Ad Bened. ant. Dixit Jesus: Panis Dei est, qui de caelo descendit, et dat vitam mundo. Joan. 6.

Oratio Sac. gelas.

Clementiam tuam, Domine suppliciter oramus: ut Filius tuus Dominus noster Jesus Christus, qui se usque ad finem seculi suis promisit fidelibus ad futurum, et presentia corpora eius mysteriis non deserat, quos redemit, et maiestatis suo beneficiis non relinquat. qui tecum.

Et dicitur ad omnes horas huius diei.

De Magnif. ant. Hic est panis de caelo descen-
dens: & ubi quis ex ipso manducaverit, non
moriatur. Joan. 6.

Sabbato

Infra octavam Eucharistia.

Duplex s. lect.

In I. nocturno.

- 1. Introibo ad altare Dei;
- 2. ad Deum, qui letificabit iuventutem meam.

Ps. 142.

Lectio I.

De Malachia Propheta. cap. i.

Anunc deprecamini vultum Dei, ut mise-
ratur vestri; de manu enim vestra factum est
hoc; si quis modo suscipiat facies vestras, dicit
Dominus exercituum. Quis est in vobis, qui
claudat ostia, et incendat altare meum gra-
tuito? Non est mihi voluntas in vobis,
dicit Dominus exercituum; et munus non
suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim
solis usque ad occasum magnum est nomen
meum in gentibus: et in omni loco sacri-
ficatur et offertur nomini meo oblatio man-
da, quia magnum est nomen meum in genti-
bus, dicit Dominus exercituum. Et vos pollui-
stis illud in eo, quod dicitis: mensa Domini
contaminata est; et quod super ponitur, contem-
nibile est, cum igne qui illud devorat. Et dixistis:
ecce de labore, et ex sufflatis illud, dicit Do-
minus exercituum, et inbulistis de rapinis
claudum et languidum, et inbulistis munus-
num quod suscipiam illud de manu vestra,
dicit Dominus? Maledictus dolosus, qui ha-
bet in grege suo masculum, et votum faciens
immolat debile Domino: quia rex magnus
ego, dicit Dominus exercituum, et nomen
meum horribile in gentibus.

Ps. ex II. Nocturno Festi.

Prop. De Temp. ii.

B. A.

81.

Lectio II.

Ex libro quarto sancti Irenaei Episcopi

Ad Martyris adversus haereses. c. 17. 18.

Christus enim, qui ex creatura panis est, accipit
et gratias agit, dicens: hoc est meum corpus.
Et calicem similiter, qui est ex ea creatura,
quo est secundum nos suum sanguinem con-
sepit, et novi testamenti novam docuit
oblationem; quam ecclesia ab apostolis acci-
piens, in universo mundo offert Deo, qui
alimenta nobis praestat, primitias suorum
munerum in novo testamento, de quo in
duodecim prophetis Malachias profignifica-
vit. quomodo autem constabit eis, cum panem,
in quo gratiae actio fuit, corpus esse Domini
sui, et calicem sanguinis eius, si non ipsum
Fabricatoris mundi Filium dicant, id est,
Verbum eius? quomodo autem rursus di-
cant, carnem in corruptionem devenire,
et non percipere vitam, qua corpore Domini
et sanguine alitur? Ergo aut sententiam
mutent, aut abstineant offerendo, quo pro-
dida sunt. Nostra autem consonans est sen-
tentia Eucharistia, et Eucharistia rursus con-
firmat sententiam nostram. quem admodum
enim qui est a terra panis, percipiens invo-
cationem Dei, iam non communis panis est,
sed Eucharistia ex duabus rebus constans,
terrena et caelesti, sic et corpora nostra per-
cipientia Eucharistiam iam non sunt corrup-
tibilita, sed resurrectionis habentia.

Lectio III.

De catechesibus sancti Cyrilli Episcopi

Hierosolymitani. cat. 32.

Olim Christus cum Judaeis disputans dicebat:
nisi manducaveritis meam carnem, et bibe-
ritis meum sanguinem, non habebitis vitam

in vobis ipsis. Cum autem illi ea, quae dice-
bantur, non spiritualiter acciperent, offensi
abierunt retro, existimantes, quod eos ad mandu-
candas carnes hortaretur. Erant et in antiquo
edere panes propositionis: verum illi cum
id vetus testamentum attinerent, finem
reperunt. In nouo vero testamento panis
est caelestis, et poculum salutaris, animam
et corpus sanctificantia. quomodo enim
nim panis corpori conueniens est, ita et
verbum animo consentaneum. quomodo enim
re tanquam rudis et communibus elementis,
vini et vino Eucharisticis attende. Sunt
enim corpus et Sanguis Christi secundum domi-
ni asseverationem. Nam etiamsi illud tibi
suggerat sensus, fides tamen te certum et
firmum efficiat. Ne iudices rem ex gustu;
sed ex fide citra ullam dubitationem certus
esto, te corporis et Sanguinis Christi dono
dignatum fuisse.

Ad Bened. ant. Panis Dei est, qui de caelo
descendit, et dat vitam mundo. Joan. 6.

Oratio Rom. Thomas.

Supplices te rogamus, Domine Deus nostra:
ut sicut nos Filii tui corporis et Sanguinis
sacrosancti pascae alimonia; ita nos et di-
vino naturo eius facias esse confortes. qui
tecum vivit.

Ad Vesperas.

Antiphona ex 1. Vesperis Festi.

Leviticus 2. Epistola 9.

Panem de caelo dedisti eis Domine in fame eo-
rum et aquam de petra eduxisti eis sitien-
tibus; et dixisti eis, ut egredierentur, et posside-
rent terram, super quam leuasti manum tuam,
ut traderes eis.

R. V. Confiteantur Domino misericordie eius:
quia satiavit animam inanem:

V. Et animam esurientem satiavit bonis. Ps. 106.

Hymnus Dange lingua. ca. 1. Voss. Festi.

V. Cibavit eos Dominus ex adipice frumenti:

R. Et de petra melle saturavit eos. Ps. 80.

Ad Magnif. ant. Faciet Dominus omnibus
populis convivium pinguium, & convivium
vindicis, pinguium medullarum. Isa. 25.

Oratio Sac. Greg.

Sandi nominis tui, Domine, timorem pa-
riter et amorem, fac nos habere perpetuum:
quia nunquam tua gubernatione destitimus;
quos in soliditate tua dilectionis instituis. Per
Dominum.

Pro commemoratione octavo.

ant. et si manducaveritis carnem Filii homi-
nis, et biberitis eius sanguinem, & non habeli-
tis vitam eius in vobis. Joan. 6.

V. Populi fines tuos pacem:

R. Et adipice frumenti satiavit te. Ps. 114.

Oratio Supplices te rogamus. ex matutinis.

Dominica infra octavam.

II. post Pentecosten.

Duplex manus. 12. lect.

Totum officium fit ut in festis, exceptis,
quo habentur propria.

In I. Nocturno.

Lectio I.

De Malachia propheta. cap. 2.

Annunc ad vos mandatum hoc, o sacerdotes!
Si nolueritis audire, et si nolueritis ponere
super corpus vestris gloriam nomini meo, ait
Dominus exercituum, mittam in vos ego sta-
tem, et maledicam benedictionibus vestris;
et maledicam illis, quoniam non posuisti
super corpus. Ecce ego prouicam vobis brachium, et
dispergam super vultum vestrum sorsum solem
nitatum vestrarum, et supermet vos secum.
R. R. ex Festo.

Lectio II.

85.

Et scietis, quia nisi ad vos mandatum istud, non esset peccatum meum cum Levi, dicit Dominus exercituum. Pactum meum fuit cum eo de et pacis: et dedi ei timorem, et timuit me, et a facie nominis mei pavebat. Lex veritatis fuit in ore eius, et iniquitas non est inventa in labiis eius: in pace, et in equitate ambulavit mecum, et multos avertit ab iniquitate. Labia enim sacerdotis custodient scientiam, et legem requirent ex ore eius; quia angelus Domini exercituum est.

Lectio III.

Vos autem recepistis de via, et scandalizastis plurimos in lege: iratum fecistis pactum Levi, dicit Dominus exercituum. Propter quod et ego dedi vos contumeliosos, et humiles omnibus populis: sicut non servastis vias meas, et accepistis faciem in lege. Numquid non pater unius omnium nostrum? numquid non Deus unus creavit nos? quare ergo despicit unusquisque nostrum fratrem suum, violans pactum patrum nostrorum?

Lectio IV.

Transgressus est Juda, et abominata facta est in Israel, et in Jerusalem: quia contaminavit Judas sanctificationem Domini, quam dilexit; et habuit filiam dei alieni. Disperdet Dominus virum, qui fecerit hoc, magistrum et discipulum de tabernaculis Jacob, et offerentem munus Domino exercituum.

In II. nocturno.

Lectio V.

Ex libro octavo sancti Hilarii Episcopi
de Trinitate. n. 114. f.

Non est humano, aut seculi sensu in Dei rebus loquendum. quae scripta sunt, legamus,

Et quo legerimus, intelligamus: et tunc perfecto fidei officio fungemur. De naturali enim in nobis Christi veritate quo dicimus, nisi ab eo didicimus, stulte atque inopie dicimus. Ipse enim ait: caro mea vere est esca, et sanguis meus vere est potus. qui edit carnem meam et bibit sanguinem meum, in me manet, et ego in eo. De veritate carnis et sanguinis non est relictus ambigendi locus. Et tunc enim et ipsius Domini professione, et fide nostra vere caro est, et vere sanguis est. Et hoc accepta atque hausta ~~ita~~ efficiunt, ut et nos in Christo, et Christus in nobis sit. anne hoc veritas non est? Contingat plane his, verum non esse, qui Christum Jesum verum esse Deum denegant.

Ex III. Vespertino Festi.

Lectio VI.

Est ergo in nobis ipse per carnem, et sumus in eo, dum secum hoc, quod nos sumus, in Deo est. quam autem in eo per sacramentum communicato carnis et sanguinis sumus, ipse testatur dicens. Et hic mundus me iam non videt; vos autem me videbitis, quoniam ego vivo, et vos vivetis: quoniam ego in Patre meo, et vos in me, et ego in vobis. Si voluntatis tantum unitatem intelligi vellet, cur gradum quendam atque ordinem consummando unitatis exposuit? nisi ut cum ille in Patre per naturam divinitatis esset, nos contra in eo per corporalem eius naturam, et ille rursum in nobis per sacramentorum in se mysterium crederetur: ac si perfecta per mediatorum unitas doceretur, cum nobis in se manentibus ipse maneret in Patre, et in Patre manens maneret in nobis; et ita ad unitatem Patris proficeremus, qui in eo naturaliter secundum natura-

87.
lem in est, nos quoque in eo naturaliter in-
spemur, ipso in nobis naturaliter permanente.

Lectio VII.

Quam autem naturalis in nobis hoc unitas
est, ipse ita testatus est: qui edidit carnem
nostram, et bibit sanguinem meum, in me
manet, et ego in eo. et non quis in eo
erit, nisi in quo ipse fuerit; eius tantum
in se spumtam habens carnem, qui suam
humerit. Perfecto autem huius ~~unitatis~~ unitatis
sacramentum superius iam docuerat, dicens:
sicut misit me vivens Pater, et ego vivo per
Patrem; et qui manducaverit meam carnem,
et ipse vivet per me. Vivit ergo per Patrem:
et quomodo per Patrem vivit, eodem modo
nos per carnem eius vivimus. Omnis enim
comparatio ad intelligentis formam pro-
sumitur, ut id, de quo agitur, secundum pro-
positum exemplum assequatur.

Lectio VIII.

Hoc ergo vitio nostris causa est, quod in nobis
carnalibus manentem per carnem Christum
habemus: videtur nobis per eum ea conditio-
ne, qua vivit ille per Patrem. Si ergo nos
naturaliter secundum carnem per eum vivi-
mus, id est, naturam carnis suo adopti: quo-
modo non naturaliter secundum spiritum
in se Patrem habeat, cum vivat ipse per Patrem?
Per Patrem autem vivit, dum natiuitas non
alienam ei intulit diversamque naturam;
dum quod est, et ab eo est, nec tamen ab eo
per aliquam incidentem naturam dissimilitu-
dinem separatur; dum in se per natiuitatem
habet Patrem in virtute naturae. Hoc autem
idcirco a nobis commemorata sunt, quia volumus
satis tantum inter Patrem et Filium unitatem

heretici mentientes, unitatis nostre ad
Deum utebantur exemplo, tamquam nobis
ad Filium, et per Filium ad Patrem, obse-
quio tantum ac voluntate religionis uni-
tis, nulla per sacramentum carnis et
sanguinis naturalis communionis pro-
prietas indulgeretur: cum et per honorem
nobis datum Filii, et per manentem in
nobis carnaliter Filium, et in eo nobis cor-
poraliter et inseparabiliter unitis, myste-
rium vero et naturalis unitatis fit pro-
dicandum.

In III. Nocturno.

Lectio IX.

Incipit epistola prima beati Pauli
Apostoli ad Thesalonicenses. cap. i.

Paulus, et Silvanus et Timotheus, ecclesie thes-
salonicensium, in Deo Patre, et Domino Jesu
Christo; gratia vobis et pax. Gratias agimus
Deo semper pro omnibus vobis, memoriam
vestri facientes in orationibus nostris sine
intermissione, memores operis fidei vestre,
et laboris, et charitatis, et sustinentie spei
Domini nostri Jesu Christi, ante Deum et
Patrem nostrum: scientes fratres, dilati
a Deo, electionem vestram: quia eo ange-
licum nostrum non fuit ad vos in sermone
tantum, sed et in virtute, et in spiritu sancto,
et in plenitudine multa, sicut scitis,
quales fuerimus in vobis propter vos.

¶ Homo quidam fecit cenam magnam, et
misit servum suum hora tertia, dicere invita-
tis, ut venirent: & quia parata sunt omnia.

¶ Venite, comedite panem meum et bibite
vinum, quod misci vobis. & quia. Luc. 14. Prov. 9.

Lectio X.

Et vos imitatores nostri facti estis et Domini, ex-
cipientes verbum in tribulatione multa, cum

audis Spiritus sancti: ita ut facti sitis forma
omnibus credentibus in Macedonia, et in Achaia.
Vobis enim diffamatus est sermo Domini non
in Macedonia et in Achaia, sed et in omni loco fuerat
estis, quae est ad Deum, profecta est, ita ut non
nobis necesse quidquam loqui. Ipsi enim de
vobis annuntiant, qualem introitum habue-
rimus ad vos: et quomodo conversi estis ad
Deum a simulacris, servire Deo vivo et vero,
et expectare Filium eius de caelis, quem suscita-
vit ex mortuis, Jesum, qui eripuit nos ab ira
ventura.

¶ Ceperunt simul omnes excusare; et primus
dixit: villam emi, et necesse habeo videre il-
lam; rogo te habe me excusatum. ¶ Non au-
dierunt, sed abierunt in voluntatibus et in
vanitate cordis sui mali; factique sunt retror-
sum. et primus. Luc. 14. Jer. 7.

Lectio XI, cap. 2.

Nam ipsi scitis fratres introitum nostrum
ad vos, quia non inanis fuit: sed ante passim
et humiliter affecti, sicut scitis, in Philippis,
fiduciam habuimus in Deo nostro, loqui ad vos
Evangelium Dei in multa sollicitudine. Ex-
hortatio enim nostra non de errore, neque de
immunditia, neque in dolo, sed sicut probati
sumus a Deo, ut crederetur nobis Evangelium,
ita loquimur, non quasi hominibus pla-
centes, sed Deo, qui probat corda nostra. de-
que enim aliquando fuimus in sermone edu-
cationis, sicut scitis: neque in occasione avari-
tiae, Deus testis est; nec quosentes ab hominibus
gloriam, neque a vobis, neque ab aliis.

¶ Acler dixit: iuga bouum emi quinque,
Deo probare illa: rogo te, habe me excusatum:
et alius dixit: et uxorem duxi, et ideo non possum
venire. ¶ Animalis homo non percipit ea, quae
sunt Spiritus Dei, et uxorem. Luc. 14. 1. cor. 2.

Cum possemus vobis oneri esse, ut Christi ap-
 stoli, sed facti sumus parvuli in medio vestrum,
 tamquam si nutrix fovet filios suos. Ita
 desiderantes vos cupide, volebamus tradere
 vobis non solum Evangelium Dei, sed etiam
 animas nostras; quoniam charissimi
 nobis facti estis. Memores enim estis frater
 laboris nostri et fatigationis; nocte ac die
 operantes, ne quem vestrum gravaremus,
 predicavimus in vobis Evangelium Dei. Vos
 testes estis et Deus, quam sancte et sine
 querela vobis, qui credidistis, fuimus: sicut
 scitis, qualiter unumquemque vestrum, sicut
 pater filios suos, deprecantes vos et consolantes
 testificati sumus, ut ambularetis digne Deo, qui
 vocavit vos in suum regnum et gloriam.

R. Gratius pater familias dixit servo suo: oxi-
 ato in plateas et vicus civitatis: et paupe-
 res ac debiles, et caecos et claudos introduc
 huc. *V.* Erent pauperes, et saturabuntur,
 et laudabunt Dominum, qui requirunt
 eum. *R.* pauperes. *V.* gloria. *R.* pauperes.
Luc. 14. Pf. 21.

Sequentia sancti Evangelii secundum
 Lucam. cap. 14.

In illo tempore: dixit Jesus phariseis para-
 bolam hanc: homo quidam fecit cenam
 magnam, et vocavit multos. Et misit servum
 suum hora ~~caena~~ caeno dicere in civitate, ut
 venirent, quia iam parata sunt omnia. Et
 ceperunt simul omnes excusare. Primus dixit
 ei: villam emi, et necesse habes exire,
 et videre illam: rogo te, habe me excusatum.
 Et aliter dixit: iuga bovum emi quinque, ut
 eo probare illa: rogo te, habe me excusatum.
 Et alius dixit: uxorem duxi, et ideo non pos-
 sum venire. Et reversus servus nuntiavit

Deo Domino suo. Tunc iratus pater familias
dixit seruo suo: exi cito in plateas et vicos civi-
tatis: et pauperes ac debiles, et caecos et claudos
introduce huc. Et ait seruo: Domine, factum est,
et implesti, et adhuc locus est. Et ait Dominus
suo: exi in vias et sepes, et compelle intrare,
et impleatur domus mea. Tunc autem vobis,
quod nemo virorum illorum, qui vocati sunt,
constabit cenam meam.

Ad laudes Matutinas et horas.
antiphona ut in Festo.

Lectio apoc. 19.

Regnavit Dominus Deus noster omnipotens:
laudamus, et exultamus, et demus gloriam
ei, quia venerunt nuptiae agni, et uxor
eius preparavit se. Beati, qui ad cenam nup-
tiarum agni vocati sunt.

R. V. gusti epulentur, et exultent in con-
spectu Dei:

V. Et delectentur in letitia. Ps. 67.

Hymnus: Verbum. ex Festo.

V. Pluviam voluntariam segregabis hereditati
nostrae:

R. Parasti in dulcedine tua pauperi Domine. Ps. 67.

Or. Bened. ant. Ait Dominus seruo: exi in vias
et sepes, et compelle intrare; et ut impleatur
domus mea. Luc. 14.

Oratio ut in I. Vesperis.

Ps. commemoratio octavo, ut in Festo.

Ad primam non dicitur symbolum.

Ad Tertiam. Lectio 1. Cor. 11.

Quotiescumque manducabitis panem hunc, et
calicem bibetis, mortem Domini annuntia-
bitis, donec veniat.

V. Memoriam fecit mirabilium suorum, miseri-
cors et miserator Dominus,

Etiam deos timentibus se. Ps. 110.

Ad Sextam. Lectio 1. Cor. 11.

Quicumque manducaverit panem hunc,

vel biberit calicem Domini indigne, reus
erit corporis et sanguinis Domini.

V. Non habitabit iuxta te malignus:

R. quoniam non Deus volens iniquitatem
in eis. *Ps. 5.*

Ad orationem. Lectio. Cor. ij.

Probet se ipsum homo, et si de pane illo edat,
et de calice bibat: qui enim manducat et bi-
bit indigne, iudicium sibi manducat et bibit,
non diiudicans corpus Domini.

V. Lauabo inter innocentes manus meas,

R. Et circumdabo altare tuum Domine. *Ps. 25.*

Ad II. Vesperas.

Antiphona ex I. Vesperis Festi.

Lectio apoc. 22.

Beati, qui lavant stolas suas in sanguine
agni: ut sint potestas eorum in ligno vite, et
per portas intrent in civitatem. Foris canes,
et venefici, et impudici, et omnis, qui amat
et facit mendacium.

R. br. In multitudine misericordie tue, et
introibo in domum tuam.

V. Adorabo ad templum sanctum tuum in
terrore tuo. *Ps. 5.*

Hymnus. Pange lingua ex I. Vesp.

V. Divites egerunt et sperierunt.

R. Inquirentes autem Dominum non mi-
nuentur omni bono. *Ps. 90.*

Ad Magnif. ant. Dico vobis, quod nemo virorum
illorum, qui vocati sunt, et gustabit coenam
meam. *Luc. ij.*

Est commemoratio octavo, post in Festo.

Feria II.

De Octava Eucharistie.

Duplex. 5. lect.

In I. Nocturno.

V. Transibo in locum tabernaculi admirabilis,

R. usque ad domum Dei. *Ps. 91.*

Lectio I.

De Malachia propheta. cap. 2.

Hoc rursus fecistis: operiebatis lacrymis al-
re Domini, flebitis et mugitu, ita ut non
aspiciam ultra ad sacrificium, nec accipiam
lucabile quid de manu vestra. Et dixistis:
quam ob causam? quia Dominus testifi-
catus est inter te et uxorem puertatis tuae,
quam tu desperisti: et haec particeps tua, et
uxor foederis tui. obone unus fecit, et respi-
uum spiritus eius est? Et quid unus querit,
nisi semen Dei? custodite ergo spiritum
vestrum. Laborare fecistis Dominum in
sermonibus vestris, et dixistis: in quo cum
facimus laborare? in eo quid dicitis: omnis
qui facit malum, bonus est in conspectu Do-
mini, et tales ei placent: aut certe, ubi est
Deus iudicii!

Ex III. nocturno Festi.

Lectio II.

Ex libro sancti Ambrosii Episcopi

De Mysteriis. cap. 9.

Tal edicas: aliud video; quomodo tu mihi af-
feris, quod Christi corpus accipiam? Probamus
non hoc esse, quod natura formavit, et quod
benedictio consecravit, maiorem quo vini esse
benedictionis, quam naturae; quia benedictio-
ne etiam natura ipsa mutatur. Virgam
benedixit Moyses, proiecit eam, et facta est
serpens. Rursus prehendit caudam serpentis,
et in virga naturam revertit. Vides igitur
prophetica gratia bis mutatam esse natu-
ram, et serpentis et virgo. quod si tantum
valuit humana benedictio, ut naturam
converteret; quid dicimus de ipsa consecra-
tione divina, ubi verba ipsa Domini Salva-
toris operantur? Nam sacramentum illud,
quod accipis, Christi sermone conficitur.
quod si tantum valuit sermo Elie, ut ignem

De caelo deponeret, non valebit Christi sermo,
ut species mutet elementorum? De totius mun-
di operibus legisti: quia ipse dixit, et facta sunt;
ipse mandavit, et creata sunt; sermo ergo Christi,
qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non
potest ea, quae sunt, in id mutare, quod non
erant? Non enim minus est novas recludere,
quam mutare naturas.

Lectio III.

Sed quid argumentis utimur? Suis utamur
exemplis, incarnationis quae exemplo adstua-
mus mysterii veritatem. Numquid natura
usurpavit, cum Jesus Dominus ex Maria nate-
retur? Liqueat, quod praeter naturam ordinem
virgo generavit. Et hoc, quod conficimus, cor-
pus ex Virgine est: quid huiusmodi natura
ordinem in Christi corpore, cum praeter na-
turam sit ipse Dominus Jesus partus ex vir-
gine? Vera utique caro Christi, quae crucifixa
est, quae sepulta est: vere ergo carnis illius
sacramentum est. Ipse clamat Dominus Jesus:
hoc est corpus meum. ante benedictionem ver-
borum caelestium alia species nominatur, post
consecrationem corpus significatur. Ipse dicit
sanguinem suum. ante consecrationem aliud
dicitur, post consecrationem sanguis nuncupa-
tur. Et tu dicit, amen, hoc est, verum est, quod
os loquitur, mens interne fateatur, quod
sermo sonat, affectus sentiat.

Ad Bened. ant. Omnis, qui habuerit macu-
las, non audeat hostias offerre Domino; &
nec panes Deo suo. Levit. 21.

Oratio Thom. Thom.

Quo sumus, omnipotens Deus: ut inter eius
numere mur membra ieiunio corpori communi-
camus et sanguini, qui beati vivit.

Ad Magnif. ant. Immundus non vescetur
his, quae sanctificata sunt, sed mundatus vescetur

Sanctificatis, quia cibus illius est. Lev. 22.

Feria III.

De octava Eucharistia.

Duplex 3. lect.

In I. nocturno.

Flumen Dei repletum est aquis; parastium illorum:

Quoniam ita est preparatio eius. Ps. 64.

Lectio I.

De Malachia propheta. cap. 3.

Ece ego mitto angelum meum, et preparabo viam ante faciem meam. Et statim veniet in templum suum Dominator, quem vos queritis; et angelus testamenti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus exercituum. Et quis poterit cogitare diem adventus eius, et quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, et quasi herba fullonum. Et sedebit conflans et mundans argentum, et purgabit filios Levi, et colabit eos quasi aurum, et quasi argentum, et erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia. Et placebit Domino sacrificium iuda et iherusalem sicut dies seculi, et sicut anni antiqui.

Ps. ex I. nocturno Festi.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii epipeni.

orat. catech. cap. 97.

Corpus Dei Verbi in habitatione, ad divinam rursus mutatum est dignitatem. Recte igitur nunc quoque Dei verbo sanctificatum panem in Dei Verbi corpus credo transmutari. Quoniam panis erat potestate illud corpus: fuit vero sanctificatus habitatione Verbi, quod in carne habitavit. Unde igitur in illo corpore transmutatus panis transfuit in divinam virtutem, nunc quoque per idem similitudo fit. Nam et illi Verbi munus sanctum reddat corpus, cui ex pane

96.

consistentia ac viro robur erat; ipsaque
adeo panis quodammodo erat: huius quoque simi-
liter, panis, sicut dicit apostolus, sanctifica-
tur per verbum Dei et orationem, non ca-
ratione, ut esu potuque in Verbi corpus
evadat, sed ut statim per verbum in corpus
transmutetur, sicut dictum est a verbo,
hoc est corpus meum.

Lectio III.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

hom. 82. in Matth.

Cuique fidelium per hoc mysterium Christus
se coniungit; et quos genuit, per se nutrit,
et neque aliis tradit: hocque tibi modo probat,
se carnem accepisse tuam. Ob id itaque segnes
simus, tanta dignati charitate et tanto ho-
nore. Non sunt humanae virtutis hoc ope-
ra. Quod, qui tunc in illa cena hoc confecit,
et nunc etiam operatur. et vos ministrorum
habemus ordinem. qui vero illa sanctificat et
transmutat, ipse est. Nullus ergo Judas ad se,
nullus avarus: si quis discipulus non est, rece-
dat: non recipit hoc mensa eos, qui tales non
sunt. Cum discipulis, inquit, meis facio pascha.
et vobis in humanis auctat, nemo auidelis et
nimis misericors, nemo impurus. Hoc vobis, qui
communicatis dico, nec non vobis, qui mini-
stratis. Nam necesse est vos alloqui, ut cum
multa diligentia hoc dona distribuatis.
Non parvum vobis supplicium deputatum
est, si quem in probum vobis notum ad huius men-
se participationem admittatis. Sanguis eius
exquiretur de manibus vestris. quamvis dux
quispiam sit, quamvis prefectus, sive is ipse, qui
diadema te redimitur, si indigne auctat, et ob hunc mai-
orem tuam, quam ille, potestatem habes. Hac vestra
dignitas est, hoc securitas, hoc corona, non ut alba sple-
ndenteque tunica induti circumceatis.

Ad Bened. ant. Quanta pulatis mereri sup-
plicia, qui Filium Dei conculcaverit: * et
sanguinem testamenti pollutum duxerit,
in quo sanctificatus est? Hebr. 10.

Oratio Saa. Leon.

Maiestatem tuam, Domine, supplices depre-
catur: ut sicut nos corporis et sanguinis
vros sancti pascis alimento; ita divino na-
uro facias esse consortes. Per eundem Dominum.

De Magnif. ant. Participes Christi effecti su-
mus. * videte, ne forte sit in aliquo vestrum
et malum incredulitatis, discedendi a Deo
vris. Hebr. 5.

Tertia IV.

De octava Eucharistie.

Duplex 5. lect.

In I. nocturno.

V. Tollite hostias, et introite in atria eius.

V. Adorate Dominum in atrio sancto eius. Ps. 95.

Lectio I.

De Malachia propheta. cap. 3.

Quaedam ad vos in iudicio, et ero testis vobis
malificis, et aducleris, et periuuris, et qui ca-
lumniantur mercedem mercenarii, viduas
et pupillos; et opprimunt peregrinum, nec
dimuerunt me, dicit Dominus exercituum.
Ego enim Dominus, et non mutor: et vos
Sion Jacob non estis consumpti. A diebus enim
patrum vestrorum recepistis a legibus
meis, et non custodistis. Revertimini ad
me, et revertar ad vos, dicit Dominus exer-
citus. Et dixistis: in quo revertamur?
Si affiget homo Deum, quia vos confi-
stis me? Et dixistis: in quo confitemur
vobis? in decimis et in primitiis. Et in pen-
uria vos maledicti estis, et me vos configi-
tis gens tota. Inferte omnem decimam
in horreum, et sit cibus in domo mea, et
probate me super hoc, dicit Dominus: si

Propr. de Temp. 13.
P. d.

97.

non aperuero vobis cataractas caeli, et effundero vobis benedictionem usque ad abundantiam; et increpabo pro vobis deiciendam, et non corrumpet fructum terrae vestrae: nec erit sterilis vinea in agro, dicit Dominus exercituum. Et beatos vos dicent omnes gentes, eritis enim vos terra desiderabilis, dicit Dominus exercituum.

R. G. ex III. et octurno Festi.

Lectio II.

Sermo sancti Cyrilli Alexandrini.

lib. 4. ad vers. et epist.

Qui manducat me, inquit Christus, et ille vivet. Manducamus autem nos, non quod ipsam divinitatem consumamus; apage ab ista impietate! sed illam propriam Verbi carnem iam vivificam effectam, quia eius facta est, qui propter vitam vivit. Et certe non dicimus, extrinseca participatione et adventitia vivificari Verbum a Patre; sed vitam potius per naturam esse affirmamus: genitus est enim de Patre tanquam de vita. Quemadmodum vero vivificam est illud ipsius Verbi corpus, quod filii proprium fecit per veram unionem, quo ad intelligentiam et sermonem superat: si nos quoque, qui illius sancto carnis et sanguinis eius participatione fruimur, omnino vivificamur; cum in nobis maneat Verbum, non solum divino modo per sanctum spiritum, verum etiam humano per sanctam illam carnem pretiosamque eius sanguinem. Hoc, quo dixi, vera esse beatus Paulus suo suffragio confirmat, si scribens ad eos, qui Corinthi in Dominum nostrum Jesum Christum crediderant: Tanquam prudentibus dico, iudicate vos, quod dico: calix benedictionis, cui benedicimus, nonne

communicatio sanguinis Christi est? Panis, quem frangimus nonne communicatio corporis Christi est? quoniam unus panis, et unum corpus multifimus; omnes enim de uno pane participamus.

Lectio III.

Participes namque Spiritus sancti effecti, et ipsi omnium Saluatori Christo, et inter nos sumus. Concorporales etiam hoc modo sumus; quoniam unus panis, unum corpus multifimus: omnes enim de uno pane participamus. Colligat ergo nos ad unitatem corpus Christi, quod est in nobis, neque est ullo modo divisum. ac divinum quidem hoc esse mysterium, participatio nemque eius vivificantem, et in cruce huius ceteris vim longe illo legali cultu prestantiorem, perspicue est videre; vel ab eo ipso, quod de prisca hominibus sanata per Christum, umbra iantur; Christus vero, eiusque omnia, Veritas appellatur. ad eamque rem confirmandam nobis erit adiumento beatus Paulus, qui scripsit: irritam quis faciens legem Moysi, sine ulla miseratione duobus vel tribus estibus moritur; quanto magis putatis detiora mereri supplicia, qui Filium Dei concalaverit, et sanguinem testamenti collutum duxerit, in quo sanctificatus est, et Spiritui gratie contumeliam fecerit? quanto igitur res nostrae sunt excellentiores; quibus ipsa veritas, id est, Christus illerit, tantamque suam carnem ad participandum opposuit!

Ad Rom. 14. Omnis homo, in quo est immunditia, qui acciderit, ad ea, quae consecrata sunt, & peribit coram Domino. Levit. 22.

Ps. 133. Congregate Domino sanctos eius: Ps. 133. qui ordinant testamentum eius supra sacrificia. Ps. 133.

Munus populi tui, Domine, placatus in teade:
 quo non aetheribus tuis ignis alienus, nec ira
 rationabilium cruor effunditur animantium;
 sed sancti spiritus operante virtute sacrificium
 iam nostrum corpus et sanguis ipsius est sacerdo-
 tis: qui tecum vivit et regnat in unitate
 eiusdem.

Feria V.

Octava S. Corporis Christi,
Et Festum Sacerdotii eiusdem.

Duplex maius, 12. lect.

Ad I. Vesperas.

Antiphona ex Matutinis.

Lectio Mal. i.

Non est mihi voluntas in vobis, et munus non
 suscipiam de manu vestra: ab ortu enim solis
 usque ad occasum magnum est nomen meum in
 gentibus: et in omni loco sacrificatur et offeretur
 nomini meo oblatio munda, dicit Dominus exercituum.

R. Sacrificium et oblationem noluisti:

holocaustum non postulasti.

V. Tunc dixi: eue venio. Ps. 39.

Hymnus, Bange lingua. ex Festo.

R. Non accipiam de domo tua vitulos:

q. immola deo sacrificium laudis. Ps. 49.

Ad Magnif. ant. Eue vir, oritur nomen eius,
 et ipse exstruet templum Domino, et ipse
 portabit gloriam, et sedebit, et dominabitur
 super solio suo, et erit sacerdos super
 solio suo. Zach. 6.

Oratio Munus, ut supra.

Ad vigilias nocturnas.

Inuit. Pontificem magnum Jesum Filium
Dei, et venite adoremus. Hebr. 4.

Hymnus Sacris solemnibus, ut in festo.

Antiphona, et versus nocturnorum, ac can-
 tica, ut in festo.

Leitio I.

De Malachia propheta. cap. 5.
Invaluerunt super me verba vestra, dicit Do-
minus. Et dixistis: quid locuti sumus contra
eum? Dixistis: vanus est, qui servit Deo, et quod
inolumentum, quia custodivimus precepta
eius, et quia ambulavimus tristes coram
Domino exercituum? Ergo num. beatos dicit
dominus arrogantes: siquidem edificati sunt
facientes impietatem; et tentaverunt Deum,
et facti sunt salvi.

Ex II. Nocturno Festi.

Leitio II.

Tunc locuti sunt timentes Dominum, unus
quisque cum proximo suo: et attendit Domi-
nus et audivit: et scriptus est liber monumen-
ti coram eo timentibus Dominum, et
operantibus nomen eius. Et erunt mihi,
dicit Dominus exercituum, in die qua ego
facio, in peculium; et parcam eis, sicut parci
in filio suo servienti sibi. Et convertentur
infidelitatis, quid sit inter iustum et impium,
inter servientem Deo, et non servientem ei.

Leitio III. cap. 4.

Tunc enim dies veniet succensa quasi caminus:
et erunt omnes superbi, et omnes facientes
impietatem, stipulae: et inflammati eos
dies veniens, dicit Dominus exercituum,
non derelinquet eis radicem et germen.
Et vocabis vobis timentibus nomen meum
et iustitie, et sanitas in pennis eius: et egredie-
mini, et salietis sicut vituli de armento. Et
decalbitis impios, cum fuerint cinis sub planta
pedum vestrorum, in die qua ego facio, dicit
Dominus exercituum.

Memento te legis Moysi servi mei, quam man-
davi ei in Horeb ad omnem Israel, praecepta et
iudicia. Euc ego mittam vobis Eliam prophe-
tam, antequam veniat dies Domini magnus
et horribilis. Et convertet cor patrum ad
filios, et cor filiorum ad patres eorum, ne for-
te veniam, et percutiam terram anathemate.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Ex epistola sancti Cypriani Episcopi
et Martyris ad Caecilium. epist. 63.

In sacerdote Melchisedech sacrificii Domini
sacramentum profiguratum videmus, secun-
dum quod scriptura divina testatur, et dicit:
Et Melchisedech rex Salem protulit panem et
vinum. Fuit autem sacerdos Dei summi,
et benedixit Abraham. quod autem Melchi-
sedech typum Christi portaret, declarat in
psalmis Spiritus sanctus, ex persona Patris
ad Filium dicens: ante luciferum genui te;
in eo sacerdos in aeternum secundum ordinem
Melchisedech. qui ordo ubique huius est, de
sacrificio illo veniens, et inde descendens,
quod Melchisedech sacerdos Dei summi fuit,
quod panem et vinum obtulit, quod Abraham
benedixit. Nam quis magis sacerdos Dei summi,
quam Dominus noster Iesus Christus, qui sacri-
ficium Deo Patri obtulit, et obtulit hoc idem,
quod Melchisedech obtulerat, panem et vi-
num, suum scilicet corpus et sanguinem?

R. Melchisedech, qui interpretatur rex iustitiae,
deinde autem rex Salem, quod est rex pacis: &
asimilatus Filio Dei manet sacerdos in perpe-
tuum. V. Melchisedech rex Salem protulit pa-
nem et vinum; erat enim sacerdos Dei altissimi.
& asimilatus. Hebr. 7. gen. 14.

Ut ergo in genesi per Melchisedech sacerdotem
 et dicitur circa abraham prophetam rite celebrari,
 et dedit ante imago sacrificii christi, in pane et
 vino scilicet constituta. quam rem perficiens
 et adimplens Dominus, panem et calicem
 vultum vino obtulit; et qui est plenitudo,
 veritatem prefigurato imaginis adimplevit.
 Et per Salomonem spiritus sanctus typum
 omnium sacrificii ante premonstrat, immolata
 ostia, et panis et vini, sed et altaris et aposto-
 rum faciens mentionem. Sapientia, inquit,
 edificavit sibi domum, et subdidit columnas
 septem, mactavit suas hostias, miscuit in crate-
 re vinum suum, et paravit mensam suam:
 et misit servos suos convocans cum ecclesia pro-
 dicatione ad craterem, dicens. qui est insipiens,
 declinet ad me. Et egentibus sensu dixit. ve-
 nite, edite de meis panibus; et bibite vinum,
 quod miscui vobis. Vinum mixtum declarat,
 et osti, calicem Domini aqua et vino mixtum
 prophetica voce pronuntiat.

Et. Mecum sunt divitiis et gloria, opes superbo
 et iustitia. * melior est enim fructus meus auro,
 et gemina mea argento electo, et delicia mea,
 et cum filiis hominum. V. Dicit invitatis:
 ecce prandium meum paravi; venite ad nuptias.
 melior. Prov. 8. Matth. 22.

Lectio VII.

Sermo sancti augustini episcopi.

l. 1. contra advers. leg. cap. 20.

Jesus christus Dominus et Deus noster ipse est
 summus sacerdos Dei Patris, et sacrificium Patris
 et ipsum primus obtulit, et hoc fieri in sui com-
 memoracionem precepit; ubique ille sacerdos
 vice christi vere fungitur, qui id quod christus
 obtulit, imitatur: et sacrificium verum et
 plenum tunc offert in ecclesia deo Patri, si sic
 incipiat offerre, secundum quod ipsum christum

104.
videat obtulisse. Nam si sacerdos dei Christi
sumus, non invenio, quem magis sequi, quam
Deum et Christum debeamus; quando ipse in
Evangelio maxime dicit: ego sum lumen seculi;
qui me secutus fuerit, non ambulabit in tenebris,
sed habebit lumen vite. Ne ergo in tenebris am-
bulemus, Christum sequi, et precepta eius obser-
vare debemus; ut cum in claritate seipso et maiesta-
te caelesti venire coeperit, inveniat nos tenere
quod monuit, observare quod docuit, facere
quod fecit.

R. Erunt Domino offerentes sacrificia iniusti-
tia. x. Et placebit Domino sacrificium iuda et
Jerusalem, sicut anni antiqui. *V.* Venit hora,
et nunc, quando veri adoratores adorabunt Pa-
trem in spiritu et veritate. x. *Mat. 23. Joan. 4.*

Lectio VIII.

Novaverunt, qui legunt, quid produlerit Melchi-
sedech, quando benedixit abraham. Quam sunt
participes eius, vident tale sacrificium nunc
offerri Deo toto orbe terrarum. Dei autem
miratio, incredulorum est inceptio; et quod
Deum non proinde debet, significatio hoc est, quia hoc
sacerdotium non mutabit. Mutavit quippe
sacerdotium secundum ordinem aaron: unde
alius propheta dicit ad eum, qui carnaliter est
praecel: non est mihi voluntas in vobis, dicit Do-
minus omnipotens, et hostiam non accipiam
de manibus vestris. Eue! quod est, secundum
ordinem aaron. Cur autem hoc non accipiat,
addit et dicit: quia ab ortu solis usque ad
occasum glorificatum est nomen meum in
gentibus, et in omni loco incensum offer-
tur nomini meo, et hostia pura, quia mag-
num est nomen meum in gentibus, dicit
Dominus omnipotens. Eue! quod est, secun-
dum ordinem Melchisedech.

R. Quo mihi multitudinem victimarum

offerarum? Dicit Dominus; holocausta no-
lui: & ne offeratis ultra sacrificium frustra.
¶ Secundum similitudinem Melchisedech
occurrit alius sacerdos. & ne. V. gloria. & ne.
Ista. i. Hebr. 7.

In III. Nocturno.

Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad Hebræos.
cap. 4. et 5.

habentes pontificem magnum, qui penetravit
celos, Jesum filium Dei, teneamus confessionem.
Non enim habemus pontificem, qui non possit
compati infirmitatibus nostris; tentatum autem
est omnia pro similitudine absque peccato. Adve-
nimus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ,
ut misericordiam consequamur, et gratiam in-
veniamus in auxilio opportuno. Omnis nam-
que pontifex ex hominibus assumitur pro ho-
minibus constituitur in iis, que sunt ad Deum,
ut offerat dona et sacrificia pro peccatis; qui
condolere possit iis, qui ignorant et errant;
quoniam et ipse circumdatus est infirmitate,
et propterea debet, quemadmodum pro popu-
lo, ita etiam et pro semetipso offerre pro
peccatis.

¶ Lex constituit sacerdotes infirmitatem
habentes: & sermo autem iuris iurandi, qui
post legem est, constituit Filium in eter-
num perfectum. V. juravit Dominus, et non
recidens, tu es sacerdos in eternum. & sermo.
Hebr. 7. Ps. 109.

Lectio X.

Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui voca-
tur a Deo tanquam Aaron. Sic et Christus non
semetipsum clarificavit, ut pontifex fieret; sed
qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodie
genui te. quemadmodum et in alio loco dicit. tu es

Sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech. qui in diebus carnis suo precibus supplicationesque ad eum, qui posuit illum saluum facere a morte, cum clamore valido et lacrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia. Et quidem cum esset Filius Dei, didicit ex iis, que posuit esse, obedientiam: et consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis eterne, appellatus a Deo pontifex iuxta ordinem Melchisedech.

R. Translato sacerdotio secundum similitudinem Melchisedech alius sacerdos non secundum legem mandati carnalis factus est, sed secundum virtutem vite insolubilis. Alii sine iure iurando sacerdotes facti sunt, hic autem cum iure iurando. non secundum. Hebr. 7. 26.

Lectio XI. cap. 8.

Talem habemus pontificem, qui consistit in dextera sedis magnitudinis in caelis, sanctorum minister et tabernaculi viri, quod fixit Dominus, et non homo. Omniscium pontifex ad offerendum munera et hostias constituitur: unde necesse est et nunc habere aliquid quod offerat. Si ergo esset super terram, nec esset sacerdos: cum essent, qui offerrent secundum legem munera, qui exemplari et umbra deserviant celestium. Sicut responsum est Moysi, cum consummaret tabernaculum: vide, inquit, omnia facito secundum exemplar, quod tibi ostensum est in monte. Nunc autem melius sortitus est ministerium, quanto et melioris testamenti mediator est, quod in melioribus re promissionibus sancitum est.

R. Ene dies venient, dicit Dominus, et consummabo super domum Iuda testamentum

novum; dicendo autem novum, veteravit
prius. V. Audi populus meus, et testificabor
tibi: non accipiam de domo tua vitulos, neque
de gregibus tuis hircos. † consummabo. Hebr.

Ps. 49.

Lectio XII. cap. 9.

Christus assistens pontifex futurorum bono-
rum, per amplius et perfectius tabernaculum
non manufactum, id est, non huius creatio-
nis; neque per sanguinem hircorum aut vi-
ulorum, sed per proprium sanguinem in-
troivit semel in sancta, eterna redemptione
inventa. Si enim sanguis hircorum et lau-
rorum, et cinis vitule aspersus inquinatos
sanctificat ad emundationem carnis: quanto
magis sanguis Christi, qui per spiritum sanc-
tum semetipsum obtulit immaculatum
Deo, emundabit conscientiam nostram ab
operibus mortuis ad serviendum Deo vi-
venti? Et ideo novi testamenti mediator
est, ut morte intercedente in redemptionem
earum provaricationum, quo erant sub
veteri testamento, repromissionem accipiant,
qui vocati sunt eterno hereditatis.

R. Hoc erit pactum, quod seriam cum domo
Israel post dies illos: † propitiabor iniquitati
eorum, et peccati eorum non memorabor
amplius. V. Hostio numquam popu-
lus inferre peccata; Jesus autem una oblatio-
ne consummavit in eternum sanctificatos.
propit. V. gloria. * propitiabor. Jer. 31.
Hebr. 10.

Sequentia sancti Evangelii secundum

Joannem. cap. 4.

In illo tempore: Dixit Jesus mulieri de Sama-
ria: Omnis, qui bibit ex aqua hac, sitiet:
qui autem biberit ex aqua, quam ego
dabo ei, non sitiet in eternum: sed aqua,

quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquo salientis
 in vitam eternam. Dixit ei mulier: Domine
 video, quia propheta es tu: patres nostri in
 monte hoc adoraverunt, et vos dicitis, quia Jeroso-
 lymis est locus, ubi adorare oportet. Dixit ei Jesus:
 mulier crede mihi, quia venit hora, quando
 neque in monte hoc, neque in Jerosolymis
 adorabitis Patrem. Vos adoratis, quod nesci-
 tis: nos adoramus, quod scimus, quia salus
 ex Judaeis est. Sed venit hora, et nunc est,
 quando veri adoratores adorabunt Pa-
 trem in spiritu et veritate. Nam et Pater
 tales quoritur, qui adorent eum. Spiritus est
 Deus, et eos, qui adorant eum, in spiritu et
 veritate oportet adorare. Dixit ei mulier:
 Scio, quia Messias venit, qui dicitur Christus:
 cum ergo venerit ille, nobis annuntiabit
 omnia. Dixit ei Jesus: ego sum, qui loquor
 tecum.

Ad Laudes Matutinas et horas.

antiphona.

1. Ab ortu solis usque ad occasum, * sacrifi-
 catur et offertur nomini meo obla-
 tio munda. Mal. 1.
2. Christus in consummatione seculorum, *
 ad desultationem peccati, per hostiam suam
 apparuit. Hebr. 9.
3. Christus dilexit nos, et tradidit semet-
 ipsum pro nobis oblationem et hostiam
 Deo, * in odorem suavitatis. Ephes. 5.
4. ad Laudes. Per ipsum offeramus ho-
 stiam laudis semper Deo, * fructum
 labiorum confitentium nomini eius. Hebr. 13.
5. Fecisti nos Domine Deo nostro regnum
 et sacerdotes, * et regnabimus super ter-
 ram. apoc. 5.

gratia vobis a Jesu Christo, qui dilexit nos, et
lavavit nos a peccatis nostris in sanguine suo, et
fecit nos regnum et sacerdotes Deo et Patri suo:
cui gloria et imperium in secula seculorum:
amen.

Ps. Sacerdotes tui Domine, & induantur
iustitiam:

Et sancti tui exultent. Ps. 131.

Hymnus: Verbum supernum. ex Testo.

Vos sacerdotes Dei vocabimini:

Ministri Dei nostri dicetur vobis. 1. Jo. 6.

Bened. ant. Sacerdotes sancti erunt Deo
et non polluent nomen eius: & incen-
sum enim Domini et panes Dei sui offerunt:
et sancti erunt. Lev. 21.

Oratio clun.

omnipotens sempiternus Deus, qui auctorem
clavis Pontificem nostrum, Jesum Christum,
per passionem consummari voluisti: conscien-
tiam nostram, quo sumus, per eius sangui-
nem ab operibus mortuis emunda; ut tibi
Deo viventi digne servire, ac nosmetipsos
hostiam vivam ac sanctam offerre merea-
mur. Per eundem Dominum.

Ad Tertiam. Lectio 2. Cor. 5.

pro Christo legatione fungimur, tamquam Deo
et hominibus per nos: obsecramus pro Christo,
reconciliamini Deo cum, qui non novit
peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos ef-
ficemur iustitia Dei in ipso.

Salvum fecit Dominus Christum suum:

Exaudivit illum de caelo sancto suo. Ps. 139.

Ad Sextam. Lectio Heb. 10.

hostias et oblationes, et holocausta pro

peccato noluitis, nec placita sunt tibi, que
secundum legem offeruntur; tunc dixi:
cui venio, ut faciam Deus voluntatem
tuam: in qua voluntate sanctificati sumus
per oblationem corporis Iesu Christi.

V. Voluntarie sacrificabo tibi:

R. Et confitebor nomini tuo, Domine, quoniam
bonum est. Ps. 55.

Ad Vesperas. Lectio j. Heb. 2.

Vos genus electum, regale sacerdotium,
gens sancta, populus acquisitionis: ut
virtutes annuntietis eius, qui de tenebris
vos vocavit in admirabile lumen suum.

V. Unxit te Deus oleo letitie,

R. Pro confortibus tuis. Ps. 44.

Ad II. Vesperas.

Antiphona ex Matutinis.

Lectio Hebr. 6.

Propositam spem sicut anchoram habemus
animo tutam ac firmam, et incedentem
usque ad interiora velaminis, ubi pro-
cursor pro nobis introivit Iesus, secundum
ordinem Melchisedech pontifex factus in
celanum.

R. br. ex matutinis. Hymnus: Dange lingua.
ex Festo.

V. Sacerdotes eius induam salubari.

R. Et sancti eius exultatione exultabunt.

Ps. 131.

Ad Magnif. ant. Habentes sacerdotem mag-
num super domum Dei, accedamus cum
vero corde, et ipsi sacerdotium sanctum:
offerre spirituales hostias acceptabiles per
Iesum Christum. Hebr. 10. j. Heb. 2.

Feria VI.

Lesio I.

De libro primo Regum. cap. 6. 7.

percussit Dominus de viris Bethsamitibus,
eo quod vidissent arcam Domini: et percussit
de populo septuaginta viros, et quinquaginta
millia plebis. Luxitque populus, eo quod Domi-
nus percussisset plebem plaga magna. Et di-
xerunt viri Bethsamita: quis poterit stare
in conspectu Domini Dei sancti huius? et ad
quem ascendet a nobis? * Miserruntque nun-
tios ad habitatores Cariathiarim, dicentes:
Reduxerunt Philistiim arcam Domini, descen-
dite, et reducite eam ad vos. Venerunt ergo
viri Cariathiarim, et reduxerunt arcam
Domini, et intulerunt eam in domum
Abinadab in Gabaa. Eleazarum autem fili-
um eius sanctificaverunt, ut custodiret arcam
Domini. 9. Et factum est, ex qua die man-
sit arca Domini in Cariathiarim, multipli-
cati sunt dies, erat quippe iam annus vige-
simus, et requievit omnis domus Israel post
Dominum. ait autem Samuel ad universum do-
mum Israel, dicens: si in toto corde vestro re-
vertimini ad Dominum, auferte deos alienos
de medio vestri, Baalim et Astaroth: et
preparate corda vestra Domino, et servite ei soli,
et eruet vos de manu Philistiim. * Abstule-
runt ergo filii Israel Baalim et Astaroth, et
servierunt Domino soli. Dixit autem Samuel:
Congregate universum Israel in Massphat, ut oran-
to vobis Dominum. Et convenerunt in Mass-
phat, hauseruntque aquam, et effuderunt in con-
spectu Domini, et ieiunaverunt in die illa, et que-
sierunt ibi: percussimus Dominum. Iudicavitque
Samuel filios Israel in Massphat.
R. ex I. et ultimo Dominica sequentis.

De expositione sancti Gregorii Papae.

l. 8. cap. 5.

Quid est dicere: ad quem ascendet a nobis? nisi dignum doctorem quorere, quis sic divina praedicet, ut a via veritatis non erret? quibus etiam verbis, si historicum sensum requirimus, aperte cognoscimus: quia qui deo mortui sunt, quia arcam Domini viderunt, intelligimus nempe, quod eadem visione digni non fuerunt. Merito igitur, qui percussos officiant, dicunt: quis poterit stare in conspectu Domini Dei sancti huius? Nam si hi, qui indigni sunt, videndo moriuntur, contrectantesque modo vivunt? Bethsamita quidem in sancta ecclesia sunt mortui sacerdotes, et ministri sacri altaris reprobi: quia de domo quidem solis iustitia sunt dignitate ministerii, non virtute et gratia sanctitatis. Bethsamita quidem sunt: quia per sacra oblationis officium conversantur in domo Dei, sed tanto sunt acriori damnatione percutiendi, quanto non solum videre audent sacra mysteria, sed contrectare: quanto non iam veteris testamenti arcam respiciunt, sed quod omnia superat, indigne se corpori et sanguini ingerunt Eucharistiae: quos percussos insinuat Paulus dicens: qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit. Veri autem fideles dicunt: quis poterit stare in conspectu Domini Dei sancti huius? ac tuti nam quippe tanto administrationis considerant, et tanti sacramenti dignitatem formidant. Sed dum tanto rei subire officium metuent, qui id exhibere valeant, digniores quarunt. Unde et sequitur: et ad quem ascendet a nobis? quasi ergo sacra mysteria humiliter fugientes, dicant: quia nos nisi in conversatione percussimus, ministri et ex altiori vita quorandi sunt, quod dum in altissimam

virtutum sanctificationem conuersatio publi-
cis erigit, assistere Deo per officium tante
solationis possunt.

Sabbato.

Leitio I.

De libro primo Regum. cap. 8.

Factum est autem, cum seniuisset Samuel, pro-
tulit filios suos iudices Israel. Et non ambula-
uerunt filii illius in viis eius: sed declinaverunt
post avaritiam, acceperuntque munera, et
erverterunt iudicium. Congregati ergo uni-
versi maiores natu Israel, veneruntque ad
Samuelem in Ramatha, dixeruntque ei:
Ecce tu senuisti, et filii tui non ambulauit
in viis tuis: constitue nobis regem, ut iudicet
nos, sicut et uniuersa habent nationes. *
Displicuit sermo in oculis Samuelis, eo quod
dixissent: Da nobis regem, ut iudicet nos. Et
trauit Samuel ad Dominum. Dixit autem
Dominus ad Samuelem: audi vocem populi in
omnibus, quos loquuntur tibi; non enim te abie-
cerunt, sed me, ne regnem super eos. g. Suxta
omnia opera sua, quos fecerunt a die, qua duxi
eos de Aegypto, usque ad diem hunc: sicut dereli-
querunt me, et seruierunt diis alienis; sic fa-
ciunt etiam tibi. Et tunc ergo vocem eorum audi:
erunt tamen contestare eos, et predicis eius
regis, qui regnaturus est super eos. Dixit itaque
Samuel omnia verba Domini ad populum, qui
chierat a se regem. * et soluit autem populus
audire vocem Samuelis, sed dixerunt: nequaquam;
ex enim erit super nos, et erimus nos quoque
sicut omnes gentes: et iudicabit nos rex noster,
egredietur ante nos, et pugnabit bella nostra
pro nobis. Et audivit Samuel omnia verba po-
puli, et locutus est ea in auribus Domini.

Cap. II. et huiusmodi Dominica sequentibus.

Propri. de Temp. 15.

P. A.

113.

De expositione sancti Gregorii Episcopi.

L. II. cap. I.

Magna quidem temeritatis exhibitio, contra Dei
 voluntatem regem petere; magno duritio, con-
 silius prophetae vitii non posse. Sed nos antiqua
 tempora reprehendimus, qui nostra videre non
 curamus. Quo nimirum tempora, quo senes-
 cente mundo vetustiora sunt, eo et in pluri-
 bus per temporis ac negligentis vitium renif-
 siora. Jam quidem aperte cognoscimus, horum
 Israelitarum audaciam quo divino indigna-
 tionis iudicia secuta sunt: Et tamen contra vo-
 luntatem Dei, contra prelatorum sancto cate-
 che consilium agenda proponere non timemus.
 In malo quoque proposito reprehensi resistimus,
 et salubria maiorum consilia insuperabili
 malo peruicacis vincere conamur. Videmus,
 quanti mali incrementum sit, percuntes affi-
 cere, et sequi ad perditionem eorum vestigia
 non timere: poenales laqueos mortis incur-
 rentes cernere, et eisdem laqueis irretiri ne-
 quaquam metuere. Et illi quidem contra
 Domini voluntatem regem petierunt, sed a
 regia dignitate postea actum est, ut populus,
 qui Deum abiecerat, idola coleret, simulacra
 adoraret. quam reverenda ergo sint maiorum
 consilia cernimus, si hoc sollicito consideramus:
 quia qui ea despiciere ausi sunt, hoc se non provide-
 runt agere, unde tam profundo erroris
 pelago demergi potuissent. Merito igitur
 se abraham Dominus in regis petitione con-
 queritur, merito regiam dignitatem conce-
 dit indignatus. Tanta quidem erat ini-
 quitas postulanti, ut eum illud pete-
 rent, per quod a Deo recederent, ex Dei iudi-
 cio permitti posset, prohiberi non pos-
 set.

Ad Vesperas. Duplex.

De Magnif. ant. Dixisti Israel: Da mihi regem. & dabo tibi regem in furore meo, et auferam in indignatione mea. ose. 13.

Oratio Saur. Greg.

Protektor in te sperantium Deus, sine quo nihil est validum, nihil sanctum: multiplicata supra nos misericordiam tuam; ut te rectore, te duce, hi transeamus per bona temporalia, ut non emittamus eterna. Per dominum.

Dominica III. post Pentecosten.

Duplex maius. 12. lect.

In I. et Verno.

Lectio I.

De libro primo Regum. cap. 9.

Erat vir de Benjamin, nomine Cis, et erat ei filius vocabulo Saul, electus et bonus: et non erat vir de filiis Israel melior illo: ab humero et sursum ominebat super omnem populum. Venierant autem asine Cis patris Saul; et dixit Cis ad Saul filium suum: tolle tecum unum de pueris, et confurgens vade, et quare asinas. Qui cum transissent per montem Ephraim, et per terram Salisa, et non invenissent; transierunt etiam per terram Salim, et non erant; sed et per terram Jemini, et minime repererunt.

¶ Electus a Domino Deus suo Samuel propheta Domini, renovavit imperium, & in lege Domini congregationem iudicavit, et cognitus est in verbis fidelis, quia vidit Deum lucis. ¶ Deus forte distribuit patribus terram, et post hoc dedit iudices usque ad Samuel prophetam & in lege. 1. Reg. 11. ad. 13.

Lectio II.

¶ Cum autem venissent in terram Suph, dixit Saul ad puerum, qui erat cum eo: veni et

revertamur; ne forte dimisit pater meus
 afinas, et sollicitus sit pro nobis. qui autem
 eae vir Dei est in civitate hac, vir nobilis: om-
 ne quod loquitur, sine ambiguitate venit.
 Tunc ergo eamus illuc, si forte indicet vobis
 de via nostra, propter quam venimus. Et
 ascenderunt in civitatem. Cumque illi am-
 bularent in medio urbis, apparuit Samuel
 egrediens obviam eis, ut ascenderet in ex-
 celsum.

R. Dixit Samuel ad universum Israel: nolite
 declinare post vana, quo non proderunt vobis,
 et non derelinquet Dominus populum suum: *
 quod si perseveraeritis in malitia, peribitis.
V. Nescitis, quoniam servi estis eius, cui obeditis,
 hinc peccati ad mortem, hinc obedientis ad
 iustitiam? * quod si. *i. Reg. 12. Rom. 6.*

Lectio III.

Dominus autem revelaverat auriculam Sa-
 muelis ante unam diem, quam veniret Saul,
 dicens: hac ipsa hora, quo nunc est, eras mittam
 virum ad te de terra Beniamin, et unges cum
 duce super populum meum Israel, et sal-
 vabit populum meum de manu Philisti-
 norum: quia repperi populum meum; venit
 enim clamor eorum ad me. Cumque apperisset
 Samuel Saulem, Dominus dixit ei: ecce vir,
 quem dixeram tibi, iste dominabitur populo meo.

R. Si in toto corde vestro revertimini ad Do-
 minum, * auferite deos alienos de medio
 vestri, et preparate corda vestra Domino,
 et servite illi soli. *V.* genus cum simus
 Dei, non debemus estimare, auro aut argente
 aut lapidi divinum esse simile. * auferite.
i. Reg. 7. act. 17.

Lectio IV.

Cumque mane surrexissent, etiam elucesceret,
 vocavit Samuel Saulem in solaris dicens: surge,

Et dimittam te. Et surrexit Saul, egressique
sunt ambo, ipse videlicet et Samuel. Cumque
descenderent in extrema parte civitatis, Samuel
dixit ad Saul: Tu puero, ut antecederat nos et
consecrasti; tu autem subsiste paulisper, ut indi-
cem tibi verbum Domini. Tulit autem Sa-
muel lenticulam olei, et effudit super caput
eius, et osculatus est eum, et ait: ecce, unxit
te Dominus super hereditatem suam in prin-
cipem; et liberabis populum suum de mani-
bus inimicorum eius, qui in circuitu eius
sunt.

R. Cum ingressus fueris terram, et dixeris:
constituam super me regem, sicut habent om-
nes gentes per circuitum nationes: et cum
constitueris, quem Dominus Deus tuus elegerit
de numero fratrum tuorum. V. Dixerunt
universi maiores natu Israel Samueli:
constitue nobis regem, ut iudicet nos, sicut et
universa habent nationes. et cum. V. gloria.
et cum. Deut. 17. 1. Reg. 8. 7.

Gr II. Octuano.

Lectio V.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

De sacerdot. l. 4. c. 1.

Optatum illam opinionem non falsam esse,
miseris et infelicibus: si enim vocandi sunt
qui hoc (sacerdotale) negotium probe tractare
nesciunt, quamvis sexcenties ipsos viduos
et ignorantes peccare dicas: ut illis, inquam
fugere liceat illum ignem inextinguibilem
et tenebras exteriores, verumque nunquam
orientem, ne disparentur, et cum hypocritis
pereant. Verum quid faciam? Non ita se res
habet, non ita sane. ac si vis, uba regno primum,
quod apud Deum tanti non est, quanti sacerdo-
tum, eorum, quo dixi, fidem faciam. Saul
enim, filius Is, non superbe motu durus rex factus
est: sed abiit, ut quoreret asinas, et super
prophetam interrogare cepit: ille vero

De regno ipsum allocutus est. Neque tamen iste
 statim regnum adiit, licet id a propheta audis-
 set, sed deprecabatur, remeabatque dicens: quis sum
 ego, et quo domus patris mei?

R. Deus plebis Israel elegit patres nostros, et
 dedit eis iudices usque ad Samuel: exinde postula-
 verunt regem: & dedit Deus Saul virum de
 tribu Benjamin. V. Et obtulit populus audire vo-
cem Samuelis, sed dixerunt: nequaquam, rex
enim erit super nos. & et. act. 13. j. Reg. 8.

Lectio VI.

Quid ergo? an cum honore filii per Deum tra-
 ditio male usus esset, potuit his verbis eximi ab
 ira eius, qui se in regem constituerat? at qui
 poterat ad Samuellem incipientem dicere:
 num ego regnum invasi? num infilii in
 hanc potentiam? vitam privatam, otiosam
 et quietam ducere volebam: tu vero me in hanc
 dignitatem pertraxisti. Si in illa humilitate
 permansissem, hoc offendicula facile dedis-
 sem: nam cum ex vulgariis et ignobilibus
 esset numero, ad hoc opus nescius numquam
 fuisset: neque mihi bellum contra Amalecitas
 Deus commisit, quo mihi non commisso in
 peccatum huius modi numquam incidissem.

R. Ait Samuel ad omnem populum: & certe
 videtis, quem elegit Dominus, quoniam non est
 similis illi in omni populo. V. Erat Saul elec-
tus et bonus, et non erat de filiis Israel vir
melior illo. & certe. j. Reg. 10. etq.

Lectio VII.

Verum haec omnia ad defensionem infirma
 sunt: nec infirma modo, sed periculosa, quae
 Dei magis iram auerant. Cum enim, qui
 meritis maiorem dignitatem auerit, non
 oportet ad peccatorum excusationem honoris

magnitudinem ostendere, sed ad maiorem in
virtute profectum ubi magno illo dei orga-
no studio. Ille vero, quia meliorem nactus
ignitatem; ideo peccare sibi licitum esse exi-
stimabat, nihil aliud, quam dei clementiam
peccatorum suorum causam facere conatus
est. quod sane impius, et iis, qui vitam ignave
ducunt, mos est dicere. Ob id autem non si af-
fectos esse, nec in similem decidere insaniam
cui. sed ubique curare, ut quo facultatis ~~est~~
ostro sunt, adhibeamus, ac bene de deo cogi-
temus et loquamur.

2. Dixit Samuel ad Saullem; nonne cum par-
vulus es in oculis tuis, caput in tribubus Is-
rael factus es? * unxitque te Dominus in re-
gem super Israel. V. Dominus suscitabat de pul-
vere egenum; ut sedeat cum principibus, et
solium glorie sue teneat. * unxitque .i. Reg. 9.
22.

Lectio VIII.

Neque Heli, ut in ipso regno ad sacerdotium,
de quo nunc agitur, transeamus, principa-
tum studio adquisierat. quid igitur id illi
profuit, cum peccasset? quid dico: adquisie-
rat? esse quidem, si voluisset, lege ita co-
nente poterat effugere; nam ex tribu
Levi erat, et principatum ex generis retro
successione accipere illum oportebat. At
tamen et hic non minimas filiorum
rebellantia poenas luit. quid autem ille,
qui primus Iudeorum sacerdos fuit, de
quo tam multa cum Moysse Deus verba fe-
cit? quia non potuit solus tanto multitu-
dinis furori obistere, an non parum ab-
surdum, quin periret, nisi fratris patrii-
um dei iram avertebat?

R. Si timueritis Dominum, et serueritis ei, et audieritis vocem eius: et eritis eius, et rex qui imperat vobis, sequentes Dominum Deum vestrum. *V.* Si custodieritis mandata, et feceritis ea, ut diligatis Dominum Deum vestrum; et ambulatis in omnibus visceribus eius. *R.* gloria. *V.* et eritis. *j. Reg. 12. Deut. 10.*

In III. octavo.

Lectio IX.

De epistola prima beati Pauli apostoli ad Thesalonicenses. cap. 2.

Gratias agimus Deo sine intermissione, quoniam cum accepissetis a nobis verbum auditus Dei, accepistis illud non ut verbum hominum, sed (sicut est vere) verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidistis. vos enim imitatores facti estis, fratres, ecclesiarum Dei, quae sunt in Iudaea, in Christo Iesu, quia eadem passi estis et vos a contribulibus vestris, sicut et ipsi a Iudeis: qui et Dominum occiderunt Iesum, et prophetas, et nos persecuti sunt, et Deo non placent, et omnibus hominibus aduersantur; prohibentes nos gentilibus loqui, ut salui fiant: ut impleant peccata sua semper, perveniendum ira Dei super illos usque in finem.

R. Dixit Samuel ad Saul: percutite amalce, non parcas ei; et peperit Saul Agag. Et ait Samuel ad Saul: et pro eo, quod abiecasti sermonem Domini, abiecit te Dominus, ne sis rex. *V.* quicumque glorificaverit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me erunt ignobiles. *V.* pro. *j. Reg. 13. et 2.*

Lectio X. cap. 2. et 3.

Nos autem fratres desolati a vobis ad tempus hora aspectu, non corde, abundantius festi-

vivimus faciem vestram videre cum multo
desiderio: quoniam voluimus venire ad vos,
ego quidem Paulus, et semel et iterum; sed
impedivit nos satanas. Quis etenim nostra
pes aut gaudium, aut corona gloriæ? non
ne vos ante Dominum nostrum Jesum Chri-
stum estis in adventu eius? Vos enim estis
gloria nostra et gaudium. Propter quod non
sustinentes amplius, placuit nobis, remanere
Athēnis, solis: et misimus Timotheum fratrem
nostrum, et ministrum Dei in Evangelio Christi,
ad confirmandos vos et exhortandos pro fide ve-
stra: ut nemo moveatur in tribulationibus istis;
ipsi enim scitis, quod in hoc positi sumus.

¶ Numquid vult Dominus holocausta et victi-
mas, et non potius ut obediatur voci Domini?
¶ Melior est enim obedientia, quam victimæ.
¶ Qui permanserit in lege, non auditor ob-
sequiosus factus, sed factor operis; huius beatus
in factis suis erit. & melior. i. Reg. 15. Jac. 1.

Capitulum XI.

Nam et cum apud vos essemus, predicabamus
vobis passuros nos tribulationes, sicut et factum
est, et scitis. Propterea et ego amplius non
sustineo, nisi ad cognoscendam fidem vestram:
ne forte tentaverit vos is qui tentat, et inanis
sit labor noster. Nunc autem veniente
Timotheo ad nos a vobis, et annuntiante nobis
fidem et charitatem vestram, et quia memo-
riam nostri habetis bonam semper, desideramus
verantes nos videre, sicut et nos quoque vos:
ideo consolati sumus fratres in vobis, in
omni necessitate et tribulatione nostra, per
fidem vestram. quoniam nunc vivimus, si vos
salvatis in Domino.

¶ Directus est spiritus Domini in David: &
spiritus autem Domini recessit a Saul, et
regitabat eum spiritus nequam a Domino.

R. Manus Dei nostri est super omnes, qui quere-
runt eum in bonitate; et furor eius super om-
nes, qui derelinquunt eum. * spiritus. j. Reg. 16.

i. Ep. 8.

Lectio XII.

Quam enim gratiarum actionem possumus
Deo retribuere pro vobis in omni gaudio, quo
gaudemus propter vos ante Deum nostrum, nocte
ac die abundantius orantes, ut videamus fa-
ciem vestram, et compleamus ea, quae desunt
fidei vestrae? Ipse autem Deus et Pater noster,
et Dominus noster Iesus Christus dirigat viam
nostram ad vos. Vos autem Dominus multi-
plicet, et abundare faciat charitatem vestram
in invicem, et in omnes, quem ad modum
et nos in vobis: ad confirmanda corda vestra
sine querela in sanctitate, ante Deum et
Patrem nostrum, in adventu Domini nostri
Iesu Christi cum omnibus sanctis eius. amen.

R. Seraphim clamabant aether ad aetherum: *
Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus
exercituum: et plena est omnis terra
gloria eius. V. Tres sunt, qui testimonium
dant in caelo, Pater, Verbum, et Spiritus
Sanctus: et hi tres unum sunt. * Sanctus.
V. gloria. et plena. ff. 6. j. Joan. 5.

Per hebdomadam R. ait Samuel ad Saul:
quid interrogas me, cum Dominus receperit
a te, et transferit ad emulum tuum: et quia
non obedisti voci Domini, dabit Dominus
Israel tecum in manus Philistinum. V. Nos-
trus est Saul propter iniquitates suas, eo quod
provaricatus sit mandatum Domini. et quia.
V. gloria. quia. j. Reg. 28. j. Paral. 10.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Lucam. cap. 15.
In illo tempore: Erant adpropinquantes

Iesum publicani et peccatores, ut audirent
 eum. Et murmurabant pharisaei et scribae
 centes: quia hi peccatores recipit, et mandu-
 cat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam,
 dicens: quis ex vobis homo, qui habent centum
 oves; et si perdidit unam ex illis, nonne di-
 scit nonaginta novem in deserto, et vadit
 illam quae perierat, donec inveniat eam?
 Et cum invenerit eam, imponit in humeros
 suos gaudens: et veniens domum, convocat
 amicos et vicinos, dicens illis: congratulamini
 mihi, quia inveni ovem meam, quae perierat.
 Et dico vobis, quod ita gaudium erit in caelo super
 uno peccatore poenitentiam agente, quam
 super nonaginta novem iustis, qui non indi-
 cent poenitentiam. Aut quae mulier habens
 drachmas decem; et si perdidit drachmam
 unam, nonne accendit lucernam, et verrit do-
 mum, et quarit diligenter, donec inveniat?
 Et cum invenerit, convocat amicas et vicinas,
 dicens: congratulamini mihi, quia inveni
 drachmam, quam perdideram. Ita dico vobis,
 gaudium erit coram angelis Dei super uno
 peccatore poenitentiam agente.

Respond. ant. Vadit querere ovem, quae er-
 ravit: et si inveniat, gaudet magis super
 eam, quam super nonaginta novem, quae non
 erraverunt. Matth. 18.

Magnif. ant. Congratulamini mihi, quia
 inveni drachmam quam perdideram: et ita
 dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei
 super uno peccatore poenitentiam agente. Luc. 15.

Tertia II.

Lectio I.

De libro primo Regum. cap. 12.
 Vivit autem Samuel ad universum Israel:

eue audiri vocem vestram iuxta omnia, que
 locuti estis ad me, et constitui super vos regem.
 Et nunc rex graditur ante vos: ego autem se-
 nui et incanui: porro filii mei vobiscum sunt.
 Itaque conversatus coram vobis ab adolescen-
 tia mea usque ad hunc diem, eue proestofum. *
 Loquimini de me coram Domino et coram
 Christo eius, utrum bovem cuiusquam tulerim
 aut asinum; si quempiam calumniatus sum,
 si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam
 munus accepi: et contemnam illud hodie, re-
 sistuamque vobis. Et dixerunt: non es calum-
 niatus nos, neque oppressisti, neque tulisti
 de manu alicuius quidpiam. ¶ Et ait
 Samuel ad populum: nunc ergo proesto est
 rex vester, quem elegistis et petistis: eue dedit
 vobis Dominus regem. Si timueritis Domi-
 num, et servieritis ei, et audieritis vocem eius,
 et non exasperaveritis os Domini: eritis et
 vos, et rex, qui imperat vobis, sequentes
 Dominum Deum vestrum. Si autem non
 audieritis vocem Domini, sed exasperaveritis
 sermones eius, erit manus Domini super
 vos, et super patres vestros. * Nolite de-
 clinare post vana, que non proderunt vo-
 bis, neque eruent vos, quia vana sunt.
 Et non derelinquet Dominus populum suum
 propter nomen suum magnum: quia iuravit
 Dominus facere vos sibi populum. Absit autem a
 me hoc peccatum in Dominum, ut cepem orare
 pro vobis: et docebo vos viam bonam et rectam.
 Ergo timele Dominum, et servite ei in ve-
 ritate, et ex toto corde vestro; vidistis enim mag-
 nifica, que in vobis gesserit. Quod si perseveraveritis
 in malitia: et vos et rex vester pariter peribitis.
 Reg. ex I. de octavo Dominico precedenti.

Lectio II.

De expositione sancti Gregorii Papae.

l. 5. cap. 2.

Haec profecto non mystica, sed historica sunt
in omnibus. Nam ubi prelati et subditi re-
probam vitam ducunt, divina ultionis poe-
nam pariter subeunt. Quid (autem est) quod
dicitur: si timueritis Dominum et servieritis
ei? nisi quia plerique divinae districtio-
nis iudicia metuent, et tamen prava agere
non desistunt. Paucis quidem corde futura
iudicia cogitant sed presenti voluptate de-
lectati, mala committere nequaquam vitant.
Dene ergo post timorem Domini eius servi-
tia memorantur: quia ille solus timor
probabilis est, qui dum mentem concutit,
ad boni operis studium trahit. Item quia non
nulli sunt, qui per timorem Domini quaedam
mala respuunt, aliqua bona agunt; et tamen
ne mala plene deserunt, nec bona sufficienter
operantur; adiungitur: et audieritis vocem
eius. Qui vocem Domini audit, et bona plene
agit, et mala penitus deserit. Eadem vero
bona opera in delectatione suavitatis ha-
benda sunt, non in estimatione asperitatis.
Nam quibus semper dura et aspera videntur,
quae a Domino precipiuntur, paulatim
recidunt et deficiunt. Hinc enim per semet-
ipsum veritas dicit: iugum enim meum suave
est, et onus meum leve. Hinc Joannes ait: man-
data eius gravia non sunt. Gravia quippe
non sunt elatis: quia dum eterno vitae glo-
riam magno desiderio appetunt, praecepta
evangelica gratanter ferunt. Quid quidem
dicitur, cum magna devotione por-
tabatur.

Tercia III.Lectio I.

De libro primo Regum. cap. 13. 18.

Expectavit Saul septem diebus iuxta pla-
tium Samuelis, et non venit Samuel in gal-
gala, dilapsusque est populus ab eo. ait
ergo Saul: afferite mihi holocaustum et
paucifica; et obtulit holocaustum. Cumque
compleset offerens holocaustum, ecce Sa-
muel veniebat; et egressus est Saul obviam
ei, ut saluaret eum. * Locutusque est
ad eum Samuel: quid fecisti? Respondit
Saul: quia vidi, quod populus dilabere-
tur a me, et tu non veneras iuxta pla-
tios dies, necessitate compulsus obtu-
li holocaustum. Dixitque Samuel ad
Saul: stulte egisti, nec custodisti man-
data Domini Dei tui, quae precepi tibi.
quod si non fecisses, iam nunc preparasset
Dominus regnum tuum super Israel in
empiternum. Sed nequaquam regnum tuum
ultra confurget. quod fecit Dominus sibi vi-
rum iuxta cor suum: et precepit ei Do-
minus, ut eperet dux super populum suum,
eo quod non servaveris, quae precepit Do-
minus. Et dixit Samuel ad Saul: me misit
Dominus, ut ungerem te in regem super populum
cuius Israel: nunc ergo audi vocem Domini.
Hoc dicit Dominus exercituum: recessui,
quocumque fecit Amalec Israel, quomodo
restitit ei in via, cum ascenderet de Aegypto. Nunc
ergo vade, et percutite Amalec, et demolite universa
eius: non parcas ei, et non concupiskas ex rebus il-
lius aliquid: sed interfice a viro usque ad mulierem,
et parvulum atque lactentem, bovem et ovem,
camelum et asinum. * Percussitque Saul Amalec
ab Hevila, donec venias ad Sur, quae est regione

egypti. Et apprehendit agag regem amaleo vi-
rum: omne autem vulgus interfecit more
sadii. Et pepercit Saul et populus agag, et
optimis gregibus ovium et armentorum, et
vesibus, et arietibus, et universis, que pulchra
erant, nec voluerunt disperdere ea: quidquid
vero vile fuit et reprobum, hoc demoliti sunt.
R. ex II. nocturno dominico procedentis.

Lectio II.

De expositione sancti Gregorii Papae.

l. 5. cap. 5.

Quid unquam studiosius vitandum electis
omnibus, quam superbia et inobedientia ma-
lum videri debuit? Hoc quippe primi angeli
sublimitatem deposuit, hoc perditorum
spirituum gloriam stravit. Hoc primo ho-
mini felicitatem abstulit; hoc captivitatis
humano perpetuas erumnas iniecit. Et ecce
primo angelo, primo homini, electi popu-
li per inobedientiam rex primus adiungitur,
ut dum magna prouunt, minima eri-
gantur. Bene quippe erigimur, si et illorum
lapsus aspiciamus, et vitamus. ubi ergo
saul ceciderit, attente considerandum est, quo
in loco trementi corde considerandum est, quam
breuissimi temporis expectatione neglecta,
repulsus sit. Cum complectet, inquit, holocau-
stum, ecce samuel veniebat. Si ergo cum solo
temporis brevissimo intervallo expectaret, quo
obtulit holocaustum, secutus iam requisiri
retur obtinere potuisset. Haec si tanta poena
si quando propheta despicitur: quid putamus
de pelago illo divina animadversionis incur-
atur, cum ipsa divina precepta dissipantur?
Et quia in momento transit carnis delectatio
et omnis peccatorum conuersio, et brevis quidem
est hora transgressionis, non tamen brevis

poena flagitii: quia dum ad momentum in nobis regnum peccati erigimus, illa regna perdivinus omnium seculorum. Statim enim post peccatum sermo propheticus venit, ut increpet: qui ad opes, si non peccaremus, ut in bono roboraret. Polluta quidem conscientia habet iam divinum eloquium contrahere: quae si pollui vitaret, ab eo adiuta, et revelata proprio vigore subsisteret.

Teria IV.

Leitio I.

De libro primo Regum. cap. 15.

Factum est verbum Domini ad Samuel dicens: poenitet me, quod constituerim Saul regem: quia dereliquit me, et verba mea opere non implevit. Contristatusque est Samuel, et clamavit ad Dominum tota nocte. Venit ergo Samuel ad Saul, et Saul offerebat holocaustum Domino de initiis pradarum, quo attulerat ex Amalec. Et cum venisset Samuel ad Saul, dixit ei Saul: benedixit tu Domino; implevi verbum Domini. Dixitque Samuel: et quo est hoc vox gregum, quo resonat in auribus meis, et armentorum, quam ego audio? Et ait Saul: de Amalec adduxerunt ea; peperit enim populus melioribus et armentis, ut immolarentur Domino Deo tuo: reliqua vero occidimus. ait autem Samuel ad Saul: sine me, et iudicabo tibi, quod locutus sit Dominus ad me nocte. Dixitque ei: loquere. Et ait Samuel: nonne cum parvulus es, in oculis huius, caput in tribubus Israel factus es? unxitque te Dominus in regem super Israel; et misit te Dominus in viam, et ait: vade et interfice peccatores Amalec, et pugnabis contra eos usque ad inter-

recognitionem eorum. quare ergo non audisti
vocem Domini, sed versus ad predam es, et
fecisti malum in oculis Domini? * Et ait
aut ad Samuellem: nimis audivi vocem
Domini, et ambulavi in via, per quam
iussit me Dominus; et adduxi agas regem
moleo, et amalec interfeci. Tulit autem de
rota populus oves, et boves, primitias eorum,
ut cosa sunt, ut immolet Domino deus
in galgalis.

Reg. ex III. et octavo Dominico precedentis.

Lectio II.

De expositione sancti Gregorii Papae.

L. 6. cap. 2.

Videmus adhuc imitatores Saul, qui dum
in propria cruditione confidunt, maiorum
iura, quo audiunt, et per humorem despicunt,
et meliorare permulando credunt. quod ap-
paret in superbis apparet: quia cum apertam
culpam celare non possunt, permulare aut
invenire conantur. quasi dicat: et si iudicas
perbas culpas operis, attendenda est occulta
simplicitas intentionis. Culpa quidem est
et amalec aliquid afferre, nisi alicui deo debe-
ant immolari. Hoc quidem soepe in monasteriis
videtur, cum quisque nimis religiosus subditus
in iudicium prelatorum imperiis adire
refusit: cum regularem vitam communem
despicit, et proprio sequitur arbitrium vo-
luntatis. Dum enim meliorare vitam eli-
gendo, quam obediendo nititur, quid aliud
quam apertam inobedientiam intentione
virtutis colorare monstratur? quem pro-
fecto locum non solum subditi, sed etiam
prelati intueri subtiliter debent. Subditi
videm notare subtiliter debent, quia ex
eo Saul deo displicuit, quod deo immolare

Propri. de Temp. 17.

P. d.

129.

propter propheta preceptum tentavit. Subtiliter nolent prelati: quia demolendi amalec propheta regi preceptum dedit. Sic enim debet doctor laudare communia, ut singulorum propria non contemnat. Illa quidem communis vita laudatur, quo charitate coniungitur, vitiiis median'tibus non fuscatur. Inobedientes autem dum tumentis corde maiorum iussa non faciunt, cum meliorare, quod eis iniungitur, conantur, sua opera Deo offerre dum cupiunt, semetipsos tollunt. Nam per alias virtutes nostra ei impendimus, per obedientiam nos metipsos exhibemus.

Feria V.

Lectio I.

De libro primo Regum. cap. 15.

Ait Samuel (ad Saul): numquid vult Dominus holocausta et victimas, et non potius, ut obediatur voci Domini? melior est enim obedientia, quam victimis; et auscultare magis, quam offerre adipem arietum. quoniam quasi peccatum arietandi est, repugnare; et quasi scelus idololatrie, nolite adquiescere.

Proco ergo, quod abiecasti sermonem Domini, et abiecit te Dominus, ne sis rex. Dixitque Saul ad Samuel: peccavi, quia prouaricatus sum sermonem Domini, et verba tua, timeo populum et obediens voci eorum.

Sed nunc porta quoso peccatum meum, et revertere mecum, ut adorem Dominum.

Et ait Samuel ad Saul: non reverterar tecum, quia proiecasti sermonem Domini, et proiecit te Dominus, ne sis rex super israel. Et conversus est Samuel, ut abiret: ille autem apprehendit summitatem patii eius, quo et scissa est. Et ait ad eum Samuel: scidit Dominus regnum israel a te

hodie, et haudidit illud proximo meliori te.
 Porro Triumphator in Israel non parcat,
 et poenitudine non flebitur: neque enim
 homo est, ut agat poenitentiam. * at ille
 ait: peccavi; sed nunc honora me coram se-
 nioribus populi mei et coram Israel, et re-
 vertere mecum, ut adorem Dominum Deum
 tuum. Reversus ergo Samuel secutus est Sau-
 lem: et adoravit Saul Dominum. Abiit autem
 Samuel in Ramatha: Saul vero ascendit in
 domum suam in Gaban. Et non vidit Samuel
 ultra Saul usque ad diem mortis suae. Verum-
 tamen lugens Samuel Saulem, quoniam
 Dominum poenitebat, quod constituerat eum
 regem super Israel.

Ex 1. nocturno Dominico procedentis.

Lectio II.

De expositione sancti Gregorii Episcopi.

l. 6. cap. 2.

Liquet, quam poenitudinem gerat, qui ad-
 huc honorari desiderat. Nam si sui peccati
 hunc veraciter poeniteret, in honorari po-
 tius, quam honorari concupisceret. Saul
 ergo, qui confitetur, et honorari vult, non
 affligi et humiliari, quid designat, nisi
 eos, qui confessionem sterilem habent, et
 fructum non habent: qui decorem confes-
 sionis verbis humilibus proferunt, sed
 verborum virorem non humilitate poe-
 nitentis sequuntur. Sed quid antiquos
 attendimus, cum nunc tantam lapsorum
 regum multitudinem videamus? ceterua-
 rim namque nunc in flagitia corrumpunt, non
 solum subiecti debiles, sed etiam prolati
 et sacerdotes negligentes. Lubrica peccando
 equant, qui ordine ministerii sacramentis
 a se ipsis deputati sunt. Sed plerique illorum

Dum quodammodo ad cor redeunt, se errasse confi-
tentur. qui tamen si volunt contra se peccata
proferre, ut velint adhuc de officio sacri ordinis
honorari: turpes in seculo se proferunt, sed fo-
ris preter ordinis celsitudinem videri humiles
erubescunt. quid ergo isti nisi abiectos se vident,
et tamen velle honorari audent? Euc quot
Saulis attendimus, quot reges lapsos a sancto
lulesis culmine contemplamus. quorum
profecto singulis dicendum est: qui proiecisti
sermonem Domini, proiciet te Dominus,
ne sis rex: ut ministerium coeleste non agant,
quos terrena flagitia inquinare non cesant.
Sed hoc profecto dicere possumus, lubricis
tamen ministris suadere non possumus. Nam
Saul et abiectum se audivit, et regnavit.

Teria VI.

Lectio I.

De libro primo Regum. cap. 16.

Dixit Dominus ad Samuellem, usquequo
in luges Saul, cum ego proiecerim eum, ne
regnet super Israel? Imple cornu tuum o-
leo, et veni, ut mittam te ad Isai Beth-
lehemitem; providi enim in filiis eius mi-
hi regem. Et ait Samuel: quomodo vadam?
audiet enim Saul, et interficiet me. Et ait
Dominus: vitulum de armento tolles in
manu tua, et dices: ad immolandum Do-
mino veni. Et vocabis Isai ad ~~ad~~ victimam,
et ego ostendam tibi quid facias, et unges
quemcumque monstravero tibi. * Fecit
ergo Samuel sicut locutus est ei Dominus.
Venitque in Bethlehem, et admirati sunt
seniores civitatis, occurrentes ei, dixeruntque:

sacrificus ne est ingrepsus tuus? et ait: pacificus.
 ad immolandum Domino veni; sanctificami-
 ni, et venite mecum, ut immolem. Simili-
 ter ait ergo Isai et filios eius, et vocavit eos ad
 sacrificium. ¶ Adduxitque Isai septem
 filios suos coram Samuele; et ait Samuel ad
 Isai: non elegit Dominus ex istis. Dixitque
 Samuel ad Isai: numquid iam completi sunt
 filii? qui respondit: adhuc reliquus est par-
 vulus, et pascit oves. Et ait Samuel ad Isai:
 mitte et adduc eum; nec enim discumbemus
 prius, quam huc ille veniat. * Nihil ergo
 et adduxit eum. Erat autem rufus, et pul-
 cher aspectu, decoraque facie, et ait Dominus:
 surge, unge eum, ipse est enim. Tulit ergo
 Samuel cornu olei, et unxit eum in medio
 fratrum eius: et directus est spiritus Domini
 a die illa in David, et deinceps: surgens Samu-
 el abiit in Ramatha. Spiritus autem Domini
 recessit a Saul, et exagitabat eum spiritus
 nequam a Domino.

¶ ex II. nocturno Domini procedentis.

Lectio II.

De expositione sancti Gregorii Papa.

l. 6. cap. 3.

Seniores ad mirantur, quia illuc venire pro-
 pheta non erat solitus. que in loco forte
 signatur, quia electi doctores vix aliquando vi-
 deri in publico debent, esse frequentes in se-
 creto, negotiis civilibus vacui, spiritualibus
 pleni. Miraculum ergo fit populi in publi-
 co visa persona pastoris. Vigilantem (autem)
 et discutiendum, quod dicitur: sanctificamini,
 et venite mecum. si enim inter esse sacrifi-
 cii non audent, nisi sanctificati, quid de
 sacrificantibus censendum? Sanctificare enim

purgare est. quantum ergo purus de se ipse
 pontifex, ubi invitato ad sacrificium non
 nisi sanctificato ad mittendo sunt plebes? Sanc-
 tificatio mentis charitas et humilitas. Sancti-
 ficetur ad sacrificium invitatus, sed magis
 ille cogitur, a quo invitatur. Nolent sacerdo-
 tes, quo invitatis dicant: venite mecum.
 Secum quippe sanctificati veniunt, sicut
 mundis plebibus ad dei obsequia mundi sa-
 cerdotes accedunt. Nam si mundo sunt plebes,
 non mundi sacerdotes, secum non veniunt,
 quia equali puritatis ordine non accedunt.
 Audiant huius modi, quid aether propheta ad-
 monet dicens: mundamini, qui fertis vasa
 Domini. quia ergo mundando sunt plebes,
 dicit: sanctificamini. quia item summi
 viri in continuo munditie suo statu semper
 debent permanere, et ad formam suo purita-
 tis alios trahere, subdit: et venite mecum.

Sabbato.

Lectio I.

De libro primo Regum. cap. 24.
 Surrexit David post Saul, et egrepsus de spelunca
 clamavit post tergum Saul, dicens: Domine mi
 rex. Et respexit Saul post se: et inclinans se
 David pronus in terram adoravit. Dixitque
 ad Saul: quare audis verba hominum loquen-
 tium: David querit malum adversum te? *
 Ecce hodie viderunt oculi tui, quod tradiderit
 te Dominus in manu mea in spelunca: Acogi-
 tavi, ut occiderem te; sed peperit tibi oculus
 meus; dixi enim: non extendam manum me-
 am in Dominum meum, quia Christus Domi-
 ni est. animadvertite et vide, quoniam non
 est in manu mea malum, neque iniqui-
 tas, neque peccavi in te: tu autem in-
 sidiaris animo meo. Judicet Dominus

plet me et te, et uliscatur me Dominus ex
 te: manus autem mea non sit in te. g.
 Cum autem compleset David loquens sermo-
 nes huiusmodi ad Saul, dixit Saul: num-
 quid vox hac tua est fili mi David? Et leva-
 vit Saul vocem suam et fleuit, dixitque ad
 David: Justior tu es quam ego; tu enim tri-
 buisti mihi bona, ego autem reddidi tibi
 mala. Et tu indicasti hodie, quo feceris mihi
 bona; quomodo tradiderit me Dominus in
 manum tuam, et non occideris me. quis
 enim, cum invenerit inimicum suum, di-
 misset eum in via bona? * Sed Dominus
 reddat tibi vicissitudinem hanc pro eo, quod ho-
 die operatus es in me. Et nunc quia scio,
 quod certissime regnaturus sis, et habiturus
 in manu tua regnum Israel: iura mihi
 in Domino, ne deleas semen meum de do-
 mo patris mei. Et iuravit David Sauli.

R. G. ex Nocturno Dominico

Lectio II.

Sermo sancti Joannis Chrysostromi.
 Hom. 2. De David et Saul.

David perinde, ac si depositum ac pignus ali-
 quod suo fidei concredendum accepisset, pro
 quo foret rationem redditurus, non tantum
 ipse non attingit inimicum; verum etiam alios
 occidere volentes coercuit: profuerat enim illis,
 non ut bellidux militibus, sed ut sacerdos;
 iamque spelunca illa erat ecclesia. Neque enim
 aliter, atque aliquis episcopi sortitus mu-
 nus, ad illos concionem habebat, ac per ora
 concione sacrificium obtulit, idque admi-
 rabile quoddam ditiusque incredibile. Haud
 eundem modum vitulo, aut occiso agno; sed, quod

his erat multo honorificentius, mansuetu-
dinem et humanitatem offerens Deo, atque
irrationabili animi motu madato, cuiusque
iracundia, videlicet mortificatis membris,
que sunt super terram. Exiit (itaque)
David e spelunca post Saulum, et clama-
vit post illum ita dicens: Domine mi rex!
Et respexit Saul post tergum suum, et
vidit David in facie prostratum in terram,
et adoravit eum. Hoc non minus affectum
ornamenti Davidi, quam servatus hostis.
Neque enim vulgaris erat animi, non in-
flari beneficiis in proximum collatis,
neque sui affici, ut solent plerique e vul-
go, qui perinde ut mancipia supercilis
adductis despiciunt, quos beneficiis iuve-
runt. At non ita beatus David; quin potius
impensa beneficia, pleniore mensura
effudit beneficentiam. Nil autem eorum,
quo preclare gesta fuerant, suo ipsius in-
dustrio ferebat augmentum, sed totum divini
muneri adscribebat.

Ad Vesperas. Duplex.

Ad Magnif. ant. David in sua misericordia
consecutus est sedem regni in secula. i. Math. 2.

Oratio Sar. Greg.

Da nobis, quo sumus Domine: ut et mun-
dicursus pacifice nobis tuo ordine diriga-
tur; et ecclesia tua tranquilla devotione
laetetur. Per Dominum.

Dominica IV. post Pentecosten.

Duplex maius. 12. lect.

In I. Nocturno.

Lectio I.

Incipit liber secundus Regum.
cap. 1.

Factum est, postquam mortuus est Saul,
et David revertetur a caede amalec, et
maneret in Siceleg duos dies. In die autem
tertia apparuit homo, veniens de castris Saul,
veste confecta, et pulvere confusus caput,
et venit ad David, cecidit super faciem
suam, et adoravit. Dixitque ad eum David:
unde venis? qui ait ad eum: De castris Israel
fugi. Et dixit ad eum David: quod est ver-
bum, quod factum est? indigna mihi. qui
ait: fugit populus ex proelio, et multi
corruentes e populo mortui sunt: sed et Saul
et Jonathan filius eius interierunt.

R. Amoto Saul suscitavit illis Deus David
regem: * cui testimonium perhibens di-
xit, inveni David filium Jesse, virum se-
cundum cor meum. V. Elegit David ser-
vum suum, pascere Jacob servum suum,
et Israel hereditatem suam. * cui. act. 12.

Off. 77.

Lectio II.

Dixitque David ad adolescentem, qui
nuntiabat ei: unde scis, quia mortuus
est Saul, et Jonathan filius eius? Et ait
adolescens, qui nuntiabat ei: casu ve-
nimus montem Gelboe, et Saul incumbens super
hastam suam: porro curus et equites ap-
propinquabant ei; et conversus post tergum
hunc videasque me, vocavit. cui cum
respondissem adsum; dixit mihi: quis nam
es tu? Et ait ad eum: Amalecites ego sum.
Et locutus est mihi: sta super me, et interfice
me; quoniam tenent me angustiis, et adhuc
sta anima mea in me est. Mansitque super
eum ovis illi; sciebam enim, quod vi-
vere non poterat post ruinam: et tuli dia-
dema, quod erat in capite eius, et armillam
e brachio illius, et attuli ad te Dominum
meum huc.

R. Quasi adeps separatus a carne, fuit David
a filiis Israel: * occidit gigantem, et abstulit
opprobrium de gente. V. Posui adiutorium
in potente, et exaltavi electum de
plebe mea; manus enim mea auxiliabi-
tur ei. * occidit. Luli. 47. Pf. 88.

Lectio III.

Apprehendes autem David vestimenta
sua, scidit, omnesque viri, qui erant cum
eo, et planxerunt, et fleverunt, et ieiun-
naverunt usque ad vesperam super Saul
et super Jonathan filium eius, et super
populum Domini, et super domum Israel,
eo quod percussit eum gladio. Tuncque
David ad iuvenem, qui nuntiaverat ei,
unde es tu? qui respondit: filius hominis
advens Amalecitis. ego sum. Tunc ait ad
eum David: quare non timuisti mittere
manum tuam, ut occideres Christum
Domini? Vocansque David unum de
pueris suis, ait: accedens irue in eum,
qui percussit illum, et mortuus est.
Et ait ad eum David: sanguis tuus super
caput tuum: os enim tuum locutum
est adversum te, dicens: ego interfeci
Christum Domini.

R. Invocavit David Dominum omnipo-
tentem: * et dedit in dextera eius tollere
hominem fortem in bello, et exaltare cor-
nu gentis sue. V. Nihil proficiet inimi-
cus in eo, et filius iniquitatis non opponet
nocere ei. F. Dedit. Luli. 47. Pf. 88.

Lectio IV.

Planxit autem David planctum huiusmodi
super Saul, et super Jonathan filium eius,
et ait: Considera Israel pro his, qui mortui

sunt super excelsa tua vulnerati. Inclisti,
 Israel, super montes tuos interfecisti sunt:
 quomodo ceciderunt fortes? Montes Gelboe,
 nec ros nec pluvia veniant super vos, neque
 sint agri primitiarum; quia ibi abiectus
 est clypeus forthium, clypeus Saul, quasi non
 habet umbra oleo. Saul et Jonathan amabiles
 et decori in vita sua, in morte quoque non
 sunt divisi: aquilis velociore, leonibus for-
 tiores. quomodo ceciderunt fortes in pro-
 elio? Jonathan in excelsis tuis occisus est!
 Valeo super te, frater mi Jonathan, decore ni-
 mis et amabilis super amorem mulierum.
 sicut mater unicum amat filium suum,
 ita ego te diligebam. quomodo ceciderunt
 robusti, et perierunt arma bellica?

R. Regnavit David super universum
 Israel: et et faciebat iudicium et iusti-
 tiam cuncto populo suo. V. David eos in
 innocentia cordis sui, et in intellectibus ma-
 nuum suarum deduxit eos: et fac. V. gloria.
 et faciebat. j. Paral. 18. Pf. 77.

In II. Nocturno.

Letitio V.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

Hom. 2. de Davide et saule.

David, postquam audierat, saulem in aie
 cidisse, et discidit vestimenta sua, et cinere
 confusus est, et eo ludu luxu, quo quis lu-
 ceret amiso primogenito germanoque fi-
 lio: subinde nomen illius in clamans una-
 num filii nomine, composito etiam in
 efundi laudam encomio; ac voces acerbi
 oloris testes emittens, in passus mansit
 et que ad vesperam, execrans et ipsa loca, quo
 iulis sanguinem exceperant. Montes, inquit,
 Gelboe, ne cadat super vos neque ros, neque pluvia;

montes mortis, quoniam illi sublati sunt
tabernacula potentium.

R. Dixit David ad sacerdotes et Levitas: af-
ferite arcam Domini ad locum, qui prepara-
tus est ei: & sanctificamini cum fratribus
vestris, et afferte arcam Domini. *V.* Surge
Domine in requiem tuam, tu et arca sancti-
ficationis tuae; sacerdotes tui induantur in
sicutam. & sanctificamini. *1. Paralip. 15. Ps. 134.*

Lectio VI.

Quod saepe numero patres faciunt, ut Do-
mum etiam averterentur, et lumen dolenter
aspiciant, per quod exulere filium: hoc et
et hui fecit, eos montes deorsum, qui eodem
illam exceperant. Odi, inquit, ipsum etiam
locum, propter mortuos illi prostratos.
Ne igitur irrigemini post haec caelestibus plu-
viis, quia male semel irrigati estis amica-
rum meorum sanguine; eaque nomina
subinde repelebat, ita loquens: Saul et Jonathan,
amabilem et speciosum, qui in vita sua non
fuerant disiuncti, ita nec in morte sua
separati sunt. quoniam enim absentia il-
lorum corpora non licuit amplecti, no-
mina illorum complexus est, suum dolo-
rem hisce modis, quatenus licuit, leniens.

R. Univerfus Israel deducebant arcam fe-
deris Domini in iubilato, et consistuerunt
eam in medio tabernaculi, quod tetenderat
ei David. *V.* David invenit gratiam ante
Deum; et petiit ut inveniret tabernaculum
Dei Jacob. & *1. Par. 15. act. 7.*

Lectio VII.

Nunc mihi quisque recordetur inimici,
qui cepit, dolore etiamnum in anima
estruante; atque hunc et vivum obser-
vantia prosequatur, et vita defunctum

deploret, haudquidem ad ostentationem, sed
 ex animo, veroque corde: etiam si quid per-
 ferendum sit incommodi, ne quid offendant
 cum qui lapsi, ~~excussadi~~ omnia tum faciat,
 tum patiat, magna a Deo expectans pro-
 mia. In hic nosse David etiam regnum adop-
 tus est, nec tamen inquinavit eade manus,
 sed dexteram habens puram: sic corona
 redimitus est, sic ad thronum ascendit, pur-
 pura ac diademate magnificentius en-
 comium gestans, videlicet quod hosti peper-
 cisset, quod eundem extinctum lusisset.
 Sciro non vivis modo, sed et mortuis ho-
 minum memoria celebratur. quapropter
 o homo, si cupis et huius perpetuam consequi
 gloriam, et illi solidis perfreni bonis, huius
 iusti virtutem imitare, huius emulare phi-
 losophiam, ostende factis ipsis hanc iniuria-
 rum tolerantiam, ut eodem cum eo la-
 bores sustineas, eadem cum eo bona consequaris.

Ps. Memento, quoniam omnes in corruptio-
 ne sumus: * noli de mortuo inimico tuo
 gaudere; sciens, quoniam omnes morimur.

Ps. Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas;
 et in ruina eius ne exulet cor tuum. * noli.
 Eccli. 8. Prov. 24.

Lectio VIII. hom. 3.

Multi defunctis inimicis, in illorum liberos
 iram, quam in eos habebant, effuderunt.

At non ita generosus ac magnanimus iste
 David; sed et viventem inimicum observavit, et
 illo defuncto benevolentiam, quam erga illum
 peperat, filiis exhibuit. quid illius massa
 sanctius, quem cingebant filii hostis, hostis, ni-
 quam, occidere conati? quid illo convivio
 spiritualius, in quo tam multo abundabant
 benedictiones? angeli potius, quam

hominis convocatis erat. siquidem inimici
filios amplecti et amare, et illius filium,
qui lotus ipsum ventosus e medio tollere, atque
in molibus excipisset e vita, id facit, ut in cel-
lum chorum referatur.

Ps. Numquid super est aliquis de domo
Saul, ut faciam cum eo misericordiam Dei?
Dixitque David Miphiboseth: * Tu comedes pa-
nem in mensa mea semper. *V.* Si esurierit
inimicus tuus, cibus illum, si sitit, potum da
illi: hoc enim faciens carbones ignis congeres
super caput eius. * Tu *V.* gloria. * Tu.
2. Reg. 9. Rom. 12.

In III. Notano.

Lectio IX.

De epistola prima beati Pauli apostoli
ad Thesalonicenses. cap. 4.

De cetero, fratres, rogamus vos et obse-
ramus vos in Domino Jesu, ut quemadmo-
dum accepistis a nobis, quomodo oportet
vos ambulare et placere Deo, sic etambu-
letis, ut abundetis magis. Scitis enim,
que precepta dederim vobis per Dominum
Jesum. Hoc est enim voluntas Dei, sanctifi-
catio vestra, ut abstineteis vos a fornicatione,
ut sciat unus quisque vestrum vas suum
possidere in sanctificatione et honore,
non in passione desiderii, sicut et gentes, que
ignorant Deum.

Ps. David in omni opere dedit confessionem
Sancto, et excelsis in verbo glorio: de omni
corde suo laudavit Dominum, et dilexit Deum,
qui fecit illum: * et dedit illi contra inimicos
potentiam. *V.* glorificavit eum in benedictio-
nibus Domini, in offerendo illi coronam glorio.
* et dedit. *Psal. 134.*

Lectio X.

Et ne quis supergradiatur neque circumveniat

in negotio fratrem suum; quoniam vindex
est Dominus de his omnibus, sicut prœdixi-
mus vobis, et testificati sumus. Non enim
vocaui nos Deus in immunditiam, sed in
sanctificationem. Itaque qui hoc spernit,
non hominem spernit, sed Deum: qui etiam
dedit Spiritum suum sanctum in vobis.
De charitate autem fraternitatis non ne-
cesse habemus scribere vobis: ipsi enim vos
a Deo didicistis, ut diligatis invicem. Etiam
illud facitis in omnes fratres in universa
Macedonia.

¶ Sare fecit David cantores contra altare,
et in sono eorum dulces fecit modos: et ut
laudarent nomen sanctum Domini. V. Con-
stituit coram arca Domini de Levitis, qui
ministrarent in conspectu arce iugiter per
vices suas. et ut. Euli. 47. j. Paral. 16.

Lectio XI.

Rogamus autem vos fratres, ut abundetis
magis, et operam detis, ut quieti sitis, et
ut vestrum negotium agatis, et operemini
manibus vestris sicut precipimus vobis:
et ut honeste ambuletis ad eos, qui foris
sunt, et nullius aliquid desideretis. Do-
lumus autem vos ignorare fratres de do-
mnicantibus, ut non contristemini sicut et
eteri qui spem non habent. Si enim credi-
mus, quod Jesus mortuus est, et resurrexit:
ita et Deus eos, qui dormierunt per Jesum,
adducet cum eo.

¶ Hoc dicit Dominus David: ego tuli te
de pascuis sequentem greges, et spes dux super
populum meum Israel: et et fui tecum
in omnibus ubicumque ambulasti. V. Dominus
custodiet rectorum salutem, et proteget gradien-
tes simpliciter. et fui. 2. Reg. 7. Prov. 2.

Lectio XII.

Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, non preveniemus eos, qui dormierunt. quoniam ipse Dominus in iussu et in voce Archangeli, et in tuba Dei descendet de caelo: et mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos, qui vivimus, qui relinquamur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aera, et hi semper cum Domino erimus. Itaque consolamini invicem in verbis istis.

R. Pro Dominica. Seraphim clamabant aeter ad aeterum: * Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum: * plena est omnis terra gloria eius. V. Tres sunt, qui testimonium dant in caelo; Pater, Verbum, et Spiritus sanctus: et hi tres unum sunt. * Sanctus. V. gloria. * plena. Ps. 6. 1. Joan. 5.

R. Intra hebdomadam. Cum completi fuerint dies tui, et dormieris cum patribus tuis, * suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo, et firmabo regnum eius. V. Disposui testamentum electis meis, iuravi David servo meo; usque in aeternum proparabo semen tuum. * suscitabo. V. gloria. * suscitabo. 2. Reg. 7. Ps. 88.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Lucam. cap. 6.

In illo tempore: cum turba irruerent in Jesum, ut audirent verbum Dei, et ipse stabat secus stagnum Genesareth. Et vidit duas naves stantes secus stagnum: pisatores autem descenderant, et lavabant retia. Ascendens autem in unam navim, quae erat Simonis, rogavit eum a terra reducere pullum. Et sedens docebat de navicula turbas.

et cepavit autem loqui, dixit ad Simonem:
Veni in altum, et laxate retia vestra in
capturam. Et respondens Simon dixit illi:
Præceptor, per totam noctem laborantes
nihil cepimus; in verbo autem tuo laxa-
bo rete. Et cum hoc fecissent, concluderunt
piscium multitudinem copiosam;
 rumpebatur autem rete eorum. Et an-
nuerunt sociis, qui erant in alia navi, ut
venirent et adiuvarent eos. Et venerunt,
et impleverunt ambas naviculas, ita ut
pene mergerentur. Quod cum videret Simon
Petrus, prociuit ad genua Jesu dicens: exi
a me, quia homo peccator sum, Domine.
Supor enim circumdederat eum, et omnes
quicum illo erant, in captura piscium,
quam ceperant. Similiter autem Jacobum,
et Joannem filios Zebedei, qui erant so-
cii Simonis. Et ait ad Simonem Jesus:
noli timere, ex hoc iam homines eris
captiens. Et subductis ad terram navibus,
relictis omnibus, secutifunt eum.

Respond. ant. Præceptor, per totam
noctem laborantes nihil cepimus: & in
verbo autem tuo laxabo rete. Luc. 5.

De Magnif. ant. Prociuit Petrus ad ge-
nua Jesu dicens: exi a me, quia homo
peccator sum, Domine: & ait Jesus:
noli timere; ex hoc iam homines eris
captiens. Luc. 5.

Feria II.

Lectio I.

De libro secundo Regum. cap. 2. 3.
Et hæc consuluit David Dominum, dicens:

num ascendam in unam de civitatibus ju-
 da? Et ait Dominus ad eum: ascende. Dixitque
 David: quo ascendam? Respondit ei: in
 Hebron. Ascendit ergo David, et duo uxores
 eius, Achinoam Jezraelites, et Abigail
 uxor Elabal Carmeli. Sed et viros, qui
 erant cum eo, duxit David singulos cum
 domo sua: et manserunt in oppido Hebron.
 Veneruntque viri Juda, et unxerunt sibi
 David, ut regnaret super domum Juda. *
 Et nuntiatum est David, quod viri Jabes
 Galaad sepelissent Saul. Nihil ergo David
 nuntios ad viros Jabes Galaad, dixitque ad eos:
 benedixi vos Domino, qui fecistis misericor-
 diam hanc cum Domino vestro Saul, et
 sepelivistis eum. Et nunc retribuere vobis
 quidem Dominus misericordiam et veri-
 tatem; sed et ego reddam gratiam, eo quod
 fecistis verbum istud. Confirmetur manus
 vestra, et estote filii fortitudinis: licet enim
 mortuus sit Dominus vester Saul, tamen
 unxit me domus Juda in regem sibi. g.
 Facta est ergo longa concertatio inter do-
 mum Saul, et inter domum David. David
 proficiens, et semper se ipso robustior; domus
 autem Saul decessens quotidie. Cum ergo
 ebel prolium inter domum Saul et domum
 David, abner filius Ner regerat domum
 Saul. Nihil ergo abner nuntios ad David pro-
 se dicentes: cuius est terra? et ut loquerentur:
 fac mecum amicitias, et erit manus mea
 tecum, et reducam ad te universum Israel.
 qui ait: optime, ego faciam tecum amicitias. *
 Sermonem quoque intulit abner ad seniores
 Israel dicens: tam heri quam nuncius scripsit que-
 rebatis David, ut regnaret super vos. Et nunc ergo

facile: quoniam Dominus locutus est ad Da-
vid dicens: in manu servi mei David servabo
populum meum Israel de manu Philistinum,
et omnium inimicorum eius. Locutus est
etiam Abner etiam ad Benjamin. Et abiit, ut
loqueretur ad David in Hebron omnia, quae pla-
uerant Israel et universo Benjamin.

Ps. ex I. nocturno Dominico precedentis.

Lectio II.

De expositione sancti Gregorii Papae.
l. b. c. d.

ps.

Spiritus Domini posturbationem (in David)
dirigitur: quia foris sacramenta percipimus,
et intus sancti Spiritus gratia repleamur.
Foris namque homo; intus Deus operatur, et
non homo. Foris namque homo surgit, intus se
Spiritus dirigit: quia ordinem religionis homo
homini prebet; sed in eum, cui ordo datur,
Spiritus dirigitur: ut foris sublimitatem
hauriat ordinis, et intus robur sancti Spiritus.
Foris ordo committitur, ut quo Deus suat, agere
debeat: intus dirigitur spiritus, ut quod inju-
stus, potenter agat. Magnum quippe est
onus ordinis, magna fragilitas carnis. Onus
ergo tantum quia debili committitur, dirigi-
tur spiritus: ut debilis roboretur, et mag-
num ~~onere~~ onus tanto gratius ferat, quanto
ipsum omnipotens spiritus fortius adferen-
tum vivat.

Tertia III.

Lectio I.

De libro secundo Regum. cap. 6.

Surrexit David, et abiit, et universus populus,
qui erat cum eo de viris Juda, ut adducerent
arcam Dei, super quam invocatum est nomen
Domini exercituum, sedentis in cherubim
super eam. Et inproferunt arcam Dei
super plaustrum novum: tuleruntque eam de

domo Abinadab, qui erat in Gabaa: Oza autem
 et Achis filii Aminadab minabant iustitiam
 novum. * Cumque tulissent eam de domo
 Abinadab, qui erat in Gabaa custodians arcam
 Dei, Achis precedebat arcam: David autem
 et omnis Israel ludebant coram Domino in
 omnibus lignis fabrefactis, et citharis et
 lyris, et tympanis, et fistulis et cymbalis. g.
 Postquam autem venerunt ad arcam Otachon,
 extendit Oza manus ad arcam Dei, et tenuit
 eam; quoniam calcitrabant boves, et decli-
 naverunt eam. Iratusque est indignatione
 Dominus contra Ozam, et percussit eum
 super temeritate: qui mortuus est ibi iuxta
 arcam Dei. Contristatus est autem David,
 eo quod percussisset Dominus Ozam, et vo-
 catum est nomen loci illius Percussio Oze,
 usque in diem hanc. Et extimuit David
 Dominum in die illa dicens: quomodo in-
 gredietur ad me arca Domini? et noluit
 divertere ad se arcam Domini in civitatem
 David; sed divertit eam in domum Obededom
 gethai. * Et habitavit arca Domini in do-
 mo Obededom gethai tribus mensibus: et
 benedixit Dominus Obededom, et omnem
 domum eius. Nuntiatumque est regi
 David, quod benedixisset Dominus Obededom,
 et omnia eius propter arcam Dei. Abiit ergo
 David, et adduxit arcam Dei de domo Obededom
 in civitatem David cum gaudio: et erant
 cum David septem chori, et victima vituli.
 Cumque transcendissent, qui portabant
 arcam Domini, sex pasus, immolabat
 bovem et arietem: et David saltabat
 etis viribus ante Dominum.
 ¶. ex II. nocturno Dominicis precedentis.

Lectio II.

De expositione sancti Gregorii Papae.

l. 5. moral. cap. 10.

149.

Sope aliquid a maioribus dispensatorie agitur, quod a minoribus error putatur. quod bene bobus calcitrantibus inclinata illa testamenti arca signavit: quam quia casuram credens levites erigere voluit, mox sententiam mortis accepit. quid est namque mens iusti, nisi arca testamenti? quo gestata a bobus calcitrantibus inclinatur, quia nonnumquam etiam, qui bene praestit, dum ~~subiectorum~~ subiectorum populorum confusione percutitur, ad dispensationis condescensionem ex sola dilectione permovetur. Sed in hoc, quod dispensatorie agitur, inclinatio ipsa fortitudinis, casus putatur invidis. unde et nonnulli subditi contra hanc, manum reprehensionis mittunt; sed vita protinus ipsa sua temeritate deticiunt. Levites ergo quasi adiuvens manum tetendit, sed delinquens vitam perdidit: quia dum infirmi quique fortium facta corripiunt, ipsi a viventium sorte reprobantur. aliquando etiam sancti viri quodam minimis condescendentes dicunt, quodam vero summa contemplantes proferunt: dumque vim vel condescensionis vel altitudinis nesciunt, audent hoc stulti reprehendunt. Et quid est, iustum de sua condescensione velle corrigere, nisi inclinatum arcam superba reprehensionis manu relevere? quid est iustum de incognita locutione reprehendere, nisi motum eius fortitudinis erroris lapsum putare? Sed perdit vitam, qui arcam Dei humide subleval: quia nequaquam

quis sanctorum corrigere recta prosumeret, nisi de se prius meliora sensisset. Unde et Levites isdem recte orda dicitur, quod videlicet robustus domini interpretatur: quia presumptores quique et nisi audaci mente robustos se in Domino mino crederent, nequaquam meliorum facta vel dicta velut infirma iudicarent.

Feria IV.

Lectio I.

De libro secundo Regum. cap. 7.

Factum est, cum sediset rex in domo sua, et Dominus dedit ei requiem undique ab universis inimicis suis, dixit ad elathan prophetam: videsne, quod ego habitem in domo cedrina, et arca Dei posita sit in medio pellium? Dixitque elathan ad regem: omne quod est in corde tuo, vade, fac; quia Dominus tecum est. Factum est autem in illa nocte, et ecce sermo Domini ad elathan dicens: vade, et loquere ad servum meum David: Hoc dicit Dominus: numquid tu edificabis mihi domum ad habitandum? neque enim habitavi in domo ex die illa, qua eduxi filios Israel de terra aegypti usque in diem hanc. Sed ambulabam in tabernaculo et in tentorio, percursum loca, quo transivi cum omnibus filiis Israel. Numquid loquens locutus sum ad unam de tribubus Israel, cui precepi, ut pasceret populum meum Israel, dicens: quare non edificastis mihi domum cedrinam? Et nunc hoc dices seruo meo David: Hoc dicit Dominus exercituum: ego tui sit de pascuis sequentem greges, ut pes dux super populum meum Israel: et sit tecum

in omnibus, ubicumque ambulasti, et inter-
 tu universos inimicos tuos a facie tua:
 relique tibi nomen grande iuxta nomen mag-
 norum, qui sunt in terra.

Ps. ex III. et nocturno Dominicis procedentibus.

Lectio II.

Sermo sancti Bernardi abbatis.

Serm. 2. in ved. eulef.

Uim rex gloriosus et propheta Domini, David
 laudus, religiosa quadam cepit cogitatione mo-
 veri, indignum iudicans, quod nullam adhuc
 Dominus Sabaoth domum haberet in terris:
 ipse vero domum inhabitaret regio dignitatis.
 Hoc ipsum, fratres, nos quoque decet cogitare
 fideliter, et viriliter effectui mancipare. etiam
 quod, licet Deo placuerit cogitatio illa prophete-
 ta, opus tamen servatum est Salomoni, alia
 ratio est, forte prolixiore indigens disputatione.
 Haec, fratres, toto cum desiderio et digna
 gratiarum actione studcamus ei templum
 edificare in nobis. primo quidem solliciti,
 ut in singulis, deinde ut in omnibus simul
 inhabitet; quia nec singulos dedignatur,
 nec universos. Sit sine errore ratio, ut bene
 congruat voluntati; talem enim voluntas
 amat. Sit et voluntas sine iniquitate;
 quoniam ratio talem approbat. Alioquin si
 sese indicat anima propter voluntatis
 errantem, in eo quod per rationem probat,
 bellum intestinum est, et discordia periculo-
 sa: quoniam voluntatem huius modi ratio
 semper suggillat, sed accusat, sed diiudicat, sed
 condemnat. Sit etiam memoria sine fove,
 et nullum in ea peccatum maneat, quod non
 pura confessione et dignis fructibus peniten-
 tia deleatur. Alioquin conscientiam, in qua

peccatum carnis, et voluntas odit, et ratio execratur. Bonum proinde parat habitaculum Deo, cuius nec ratio decepta, nec voluntas perversa, nec memoria fuerit inquinata.

Feria V.

Lectio I.

De libro secundo Regum. cap. 7.

1: Hec dicit Dominus ad David: / ponam locum populo meo Israel, et plantabo eum, et habitabit sub eo, et non turbabitur amplius: nec addent filii iniquitatis, ut affligant eum sicut prius, ex die, qua constitui iudices super populum meum Israel: Et requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis. * Prædixitque tibi Dominus, quod domum faciat tibi Dominus. Cumque completi fuerint dies tui, et dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo, et firmabo regnum eius. 9. Ipse edificabit domum nomini meo, et stabiliam thronum regni eius usque in sempiternum. Ego ero ei in Patrem, et ipse erit mihi in filium: quasi inique aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum, et in plagis filiorum hominum. * Misericordiam autem meam non auferam ab eo, sicut abstuli a Saul, quem amovi a facie mea. Et fidelis erit domus tua, et regnum tuum usque in æternum ante faciem tuam, et thronus tuus erit firmus in æternum. Secundum omnia verba hoc, et iuxta universam visionem istam, sic locutus est Dominus ad David.

RR. ex I. Nocturno Dominica precedentis.

Lectio II.

Ex libro sancti Augustini Episcopi
de civitate Dei. l. 17. cap. 8.

Prop. de Temp. 20.
D. Q.

153.

Hanc tam grandem promissionem qui pu-
at in Salomone fuisse completam, multum
errat. Attendit enim, quod dictum est: hic
edificabit mihi domum; quoniam Salo-
mon templum illud nobile extruxit; et
non attendit: fidelis erit domus eius, et
regnum eius usque in aeternum coram
me. Attendat ergo et afficiat Salomonis
domum plenam mulieribus alienigenis,
olentibus deos falsos, et ipsum ab eis regem
aliquando sapientem in eandem idolatriam
eductum atque deiectum: et non existima-
re, Deum vel hoc promississe mendaciter,
vel talem Salomonem domumque eius
futuram non potuisse prospicere. Non hinc
vultem deberemus ambigere, nec si non in
Christo Domino nostro, qui factus est ex se-
mine David secundum carnem, iam videre-
mus ista compleri; ne vane atque inaniter
hinc alium aliquem requiramus, sicut car-
nales Iudaei. Nam et ipsi usque adeo filium,
tamen loco isto regi David promissum legunt,
intelligunt non fuisse Salomonem, ut eo, qui
promissus est, tanta iam manifestatione de-
clarato adhuc mirabili caecitate alium spe-
rare se dicant. Facta est quidem nonnulla
imago rei futuro etiam in Salomone, in
eo quod templum edificavit, et pacem ha-
bit secundum nomen suum: Salomon
nippe pacificus est latine: et in oratio-
ne sui mirabiliter laudabilis fuit: sed
eadem sua persona per umbram futuri pro-
phetae etiam ipse Christum Dominum
prophetae, non exhibebat. unde quodam de illis
scripta sunt, quasi de ipso ista praedicta sunt,

Dum Scriptura sancta etiam rebus gestis prophetans, quodammodo in eo figuram delineat futurorum.

Feria VI.

Lectio I.

De libro secundo Regum. cap. 4.

Ingressus est rex David, et sedit coram Domino et dixit: quis ego sum Domine Deus, et quo domus mea, quia adduxisti me hucusque? Sed et hoc parum visum est in conspectu tuo Domine Deus, nisi loquereris etiam de domo servitui in longinquum; ista est enim lex adam, Domine Deus. quid ergo addere poterit adhuc David, ut loquatur ad te? Tu enim scis servum tuum, et secundum cor tuum fecisti omnia magna haec, ita ut notum faceres servus tuo. * Dicitur magnificatus es Domine Deus: quia non est similis tui, neque est Deus extra te, in omnibus quo audivimus auribus nostris. quo est autem, ut populus israel, gens in terra, propterea quam vivit Deus, ut redimere deam sibi in populum, et ponere sibi nomen, faceretque eis magna et horribilia super terram, a facie populi tui, quem redemisti tibi ex aegypto, gentem et deum eius? Firmasti enim tibi populum israel in populum sempiternum: et tu Domine Deus factus es eis in deum. * Nunc ergo Domine Deus, verbum quod locutus es super servum tuum, et super domum eius, suscita in sempiternum, et fac sicut locutus es: ut magnificetur nomen tuum usque in sempiternum, atque dicatur Dominus exercituum Deus super israel. * Et domus servitui David erit stabilita coram Domino, quia tu Domine exercituum Deus israel reuclasti

aurum servi tui dicens: domum edificabo tibi: propterea invenit servus tuus cor suum, ut ora- et te oratione hac. Nunc ergo Domine Deus, nos Deus, et verba tua erunt vera: locutus es enim ad servum tuum bona haec. Incipere ergo, et benedic domui servi tui, usque in perpetuum coram te: quia tu Domine Deus locutus es, et benedictione tua benedicetur domus servi tui in sempiternum.

¶ Ex II. nocturno Dominicae procedentis.

Lectio II.

Ex libro sancti Augustini episcopi

De civitate Dei. l. 17. cap. 32.

Benedictio Domini in semine David non ad ali- quod tempus, qualis diebus Salomonis apparuit, sed in aeternum speranda est. Hoc ergo intelligens David, ait in secundo regnorum libro: et locutus es pro domo servi tui in longinquum. Deo autem post paululum ait: nunc incipe, et be- nedic domum servi tui usque in aeternum, et caetera: quia tunc geniturus erat filium, ex quo progenies eius duceretur ad Christum, per quem futura erat domus eius aeterna, eademque domus Dei. Domus enim David prop- ter genus David; domus autem Dei eadem ipsa, propter templum Dei de hominibus factum, non de lapidibus: ubi habitet in aeternum populus cum Deo et in Deo suo; et Deus cum po- pulo atque in populo suo: ita ut Deus sit in- vitor populum suum, et populus plenus deo suo, cum Deus erit omnia in omnibus, ipse in pace et in victoria, qui virtus in bello. Deo cum in verbis etathan dictum sit: et nuntiabit tibi Dominus, quoniam domum edificabis tibi; postea dictum est in verbis David: quoniam tu Dominus omnipotens Deus Israel, reve- sti autem servi tui dicens: domum edificabo

tibi. Hanc enim domum et nos edificamus
bene vivendo, et Deus, ut bene vivamus opi-
sulando.

Sabbato.

Lectio I.

De libro secundo Regum. cap. ii.

Accidit, ut surgeret David de strato suo post
meridiem, et deambularet in solaris domus
regis: viditque mulierem se levantem ex
adverso super solarium suum: erat autem
mulier pulchra valde. Misit ergo rex, et re-
quisivit, quo esset mulier. Nuntiavitque
essei, quod ipsa esset Bethsabee filia Eliam,
uxor Urias Hetthoi. Misit itaque David
nuntius tulit eam. * Misit autem David
ad Joab, dicens: mitte ad me Uriam Hettho-
um. Misitque Joab Uriam ad David. Et
venit Urias ad David. Quosivitque David,
quam recte ageret Joab et populus, et quo-
modo administraretur bellum. Et dixit David
ad Uriam: vade in domum tuam, et lava
pedes tuos. Et egressus est Urias de domo re-
gis, secutusque est cum cibus regis. Domi-
vit autem Urias ante portam domus regis
cum aliis servis domini sui, et non descendit
ad domum suam. * Nuntiavitque est
David a dicentibus: non ivit Urias in domum
suam. Et ait David ad Uriam: quare non des-
cendisti in domum tuam? Et ait Urias ad David:
Aria Dei, et Israel et Juda habitant in pazi-
licibus, et dominus meus Joab, et servi domi-
ni mei super faciem terra manent: et ego in-
gradiar in domum meam, ut comedam et
bibam, et dormiam cum uxore mea? Per
salutem tuam, et per salutem animae tuae
non faciam rem hanc. * Scripsit ergo David

epistolam ad Joab, misitque per manum
 Uria, scribens in epistola: ponite Uriam ex
 adverso belli, ubi fortissimum est prelium:
 et derelinquite eum, ut percussus intereat.
 Igitur cum Joab obsideret urbem, posuit
 Uriam in loco, ubi sciebat viros esse fortissi-
 mos. Egredique viri de civitate bellabant
 adversum Joab, et ceciderunt de populo Jeru-
 salim David, et mortuus est etiam Uria the-
 taeus.

Ep. ex III. nocturno Dominicae precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

hom. 2. de penit.

David in adulterium et homicidium lapsus
 est. Vidit enim, inquit scriptura, mulierem
 pulchram se levantem et adamarit eam,
 unde quod apud se statuerat, peregit. Et erat in
 adulterio propheta, et in medio luto margari-
 ta. Verum tamen se peccasse nondum noverat:
 deo perturbatione animi sopitus erat. Cum
 enim ebrius esset auriga, incompositae fertur
 currus: porro quod auriga et currus, hoc anima
 lunt et corpus. Si forte obtenebrata sit anima,
 cum et corpus in luto volubatur. quandiu nam-
 que stat auriga, currus recte dirigitur: cum vero
 abicitur viribus ille, neque potest habenas
 tenere, tum vero etiam currus malo esse in sta-
 tu cernitur. Ita quoque fit in homine: quam-
 vis sobria est, et vigilat anima, corpus ipsum
 tamen purum permanet: ubi vero obtenebrata
 fuerit anima, corpus etiam ipsum in luto ac
 voluptatibus volubatur. Quid igitur David?
 commisit adulterium: sed nesciebat, neque
 ab ullo arguebatur, idque cum senex admo-
 dum esset: ut intelligas, si forte sis negligens,

neque tibi canitiem prodepe; neque rursus,
si studiosus sis ac diligens, in venientem posse
te ledere. Ad vesperas duplex.

Ad Magnif. ant. Dixit David ad Deum: pecca-
vi nimis Domine: & obsecro, aufer iniqui-
tatem servi tui; quia inspicienter egi. i. Cor. 2j.

Oratio Sau. Gelas.

Deus, qui diligentibus te bona invisibilia
proparasti: infunde cordibus nostris tui
amoris affectum; ut te in omnibus obsequer
omnia diligentes, promissiones tuas, quo
omne desiderium superant, consequamur.
Per Dominum.

Dominica V. post Pentecosten.

Duplex minus. 12. lect.

In I. nocturno.

Lectio I.

De libro secundo Regum. cap. 11. 12.

Audivit uxor Uria, quod mortuus esset Urias
vir suus, et planxit eum. Transacto autem
luctu misit David, et introduxit eam in
domum suam, et facta est eius uxor, peperit
que ei filium: et displicuit verbum hoc,
quod fecerat David, coram Domino. Misit
ergo Dominus Nathan ad David, qui cum
venisset ad eum, dixit ei: Duo viri erant in civi-
tate una, unus dives et alter pauper. Dives
habebat oves, et boves plurimas, valde: pau-
per autem nihil habebat omnino, praeter ovam
unam parvulam, quam emerat et nutrierat,
et quo creverat apud eum cum filiis suis simul,
de pane illius comedens, et de calice eius bibens, et
in sinu illius dormiens: eratque illi sicut filia.

R. Revertere ad Dominum, et avertere ab in-
iustitia tua: & non dormieris in errore impiorum,

ante mortem confiteri. *V.* Ignorans, quoniam
benignitas Dei ad poenitentiam se adducit. *non.*
Coli. ij. Rom. 2.

Lectio II.

Cum autem peregrinus quidam venisset ad
divitem, parcens ille sumere de civibus et de
vobus suis, ut exhiberet convivium peregrino
illi qui venerat ad se, tulit ovem viri paupe-
ris, et preparavit cibos homini, qui venerat
ad se. Iratus autem indignatione David ad-
versus hominem illum nimis, dixit ad e-
than: vivit Dominus, quoniam filius mor-
tis est vir, qui fecit hoc: ovem reddet in
quadruplum, eo quod fecerit verbum istud,
et non pepererit.

R. Ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas
propter me, et peccatorum tuorum recorda-
bor: *& reduce me in memoriam, ut iudice-
mur: narra si quid habes, ut iustificeris. V.*
Tibi soli peccavi, et malum coram te feci:
ut iustificeris in sermonibus tuis, et vincas,
cum iudicaris. *& reduce. Isa. 43. Ps. 50.*

Lectio III.

Vixit autem etathan ad David: tu es ille vir.
Hoc dicit Dominus Deus Israel: ego unxite in
regem super Israel, et ego erui te de manu
saul, et dedi tibi domum domini tui, et ux-
ores domini tui nisi in tuo, dedi que tibi do-
num Israel et iuda; et si parva sunt ista,
iudicium tibi multo maiora. quare ergo
contempsisti verbum domini, ut faceres malum
in conspectu meo? Uiriam Hebræum percussisti
gladio, et uxorem illius accepisti in uxorem tibi,
et interfecisti eum gladio filiorum ammon.
Uam ob rem non recedes gladius de domo tua
aque in sempiternum, eo quod despexeris me,
et uideris uxorem Uiriam Hebræi, ut epet uxorem tua.

R. Converte me, et converſar: quoniam tu
 Dominus ~~deus~~ Deus meus: poſtquam enim conver-
 ſiſti me, egi poenitentiam: & poſtquam oſtendiſti
 mihi, percuſi femur meum. *ſ.* quoniam iniqui-
 tatem meam ego cognoſco, et peccatum meum
 contra me eſt ſemper. *et. Jer. 51. Pf. 50.*

Lectio IV.

Haecque haec dicit Dominus: ecce ego ſuſcitabo
 Super te malum de domo tua, et tollam ux-
 ores tuas in oculis tuis, et dabo proximo tuo,
 et dormiet cum uxoribus tuis in oculis ſolis
 huius. Tu enim feiſti abſcondite: ego autem
 faciam verbum iſtud in conſpectu omnis Is-
 rael, et in conſpectu ſolis. Et dixit David ad
 Nathan: peccavi Domino. Dixitque Nathan
 ad David: Dominus quoque tranſtulit pecca-
 tum tuum; non morieris. Verumtamen,
 quoniam blaſphemare feiſti inimicos Do-
 mini propter verbum hoc, filius, qui natus
 eſt tibi, morte morietur. Et reverſus eſt Na-
 than in domum ſuam.

R. Delictum meum cognitum tibi fei, et
 iniuſtitiam meam non abſcondi: dixi: confi-
 tebor adverſum me iniuſtitiam meam Domi-
 no; & tu remiſiſti impietatem peccati
 mei. *ſ.* quoniam iniquitatem meam an-
 nuntiabo, et cogitabo pro peccato meo. *et. Sal.*
ſ. gloria. et. In. Pf. 51. 37.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Ex libro ſancti Ambroſii Episcopi
 De apologia David. apol. j. c. 2.

Unus quisque noſtrum per ſingulas horas quam
 multa deliquit; et tamen unusquisque de
 plebe peccatum ſuum conſilendum non pu-
 tat. ſed rex tantus ac potens ne exiguo qui-
 dem momento manere penes ſe delicti paſſus

est conscientiam: sed prematura confessione atque immenso dolore reddidit peccatum suum Domino.

Ps. Misere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam: & quoniam iniquitatem meam ego cognosco, et peccatum meum contra me est semper. V. Laboravi in genua meo; lavabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo. & quoniam. Ps. 50. et 6.

Leitio VI.

Quem mihi nunc facile reperias honoratum et divitem, qui si arguatur alicuius culpa, non moleste ferat? At ille regio datus imperio, tot divinis probatus oraculis, cum a privato homine corripere, quod gra- viter deliquisset, non indignatus infremuit, sed confusus ingemuit culpa dolore. Denique Dominum dolor intimi movit affectus, ut Nathan diceret: quoniam poenituit te, et Dominus transulit peccatum tuum. Ma- luitas itaque venio profundam regis fuisse poenitentiam declaravit, que tanti erro- ris offensam traduxerit.

Ps. Non declines Domine cor meum in verba malitiae ad excusandas excusationes in peccatis: & corripiet me iustus in miseri- cordia, et increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. V. Per misericordiam et fidem purgantur peccata: qui acquiescit increpationibus, prosperus est iudis. & corripiet. Ps. 140. Prov. 15.

Leitio VII.

Alii homines, cum a sacerdotibus corripiuntur, peccatum suum ingravant, dum negare cupiunt aut defendere: ibique

eorum lapsus est maior, ubi speratur
correctio. Sancti autem Domini, qui con-
summare pium certamen possunt, acur-
rere cursum salutis: si ubi forte ut homines
conuerint, natura magis fragilitate, quam
peccandi libidine, aciores ad currendum
resurgunt, pudoris stimulo maiora repa-
rantes certamina: ut non solum nullum
attulisse ostimetur lapsus impedimentum,
sed etiam velocitatis incentiva cumulasse.

R. Qui odit correctionem, vestigium est
peccatoris: * qui timet Deum, conuer-
tur ad cor suum. V. Bonum mihi
Domine, quia humiliasti me: ut dif-
fiam iustificationes tuas. * qui.
Euli. 21. Ps. 118.

Lectio VIII. cap. 4.

Peccavit David, quod solent reges; sed pe-
nitentiam gessit, fleuit, ingemuit, quod
non solent reges. Confessus est culpam,
obsecrauit indulgentiam, humi stratus
deploravit arumnam, ieiunavit, oravit,
confessionis suae testimonium in perpetua
secula vulgato dolore transmissit. quod
erubescunt facere privati, rex non eru-
buit confiteri. qui tenebatur legibus,
audens suum negare peccatum, dedignau-
tur rogare indulgentiam, quam petebat
qui nullis legibus tenebatur humanis.
quod peccavit, conditionis est: quod supli-
cavit, correctionis. Lapsus communis, sed
specialis confessio. Culpam itaque incidisse,
natura est; diluere, virtutis.

R. Exaltabo te Domine, quoniam susce-
pisti me: * Domine reduxisti ab inferis
animam meam, saluasti me a descendentibus

in lacum. V. Dominus purgavit peccata
 ipsius, et exaltavit in eternum cornu eius.
 * Domine. V. gloria. * Domine. Ps. 29. Psalm. 117.

In III. Nocturno.

Lectio IX.

De epistola prima beati Pauli apostoli
 ad Thesalonicenses. cap. 5.

De temporibus et momentis, fratres, non
 indigetis, ut scribamus vobis. Ps. Psalm. dili-
genter scitis, quia dies Domini sicut fur in
 nocte ita veniet. Cum enim dixerint: pax
 et securitas; tunc repentinus eis superveniet
 interitus sicut dolor in utero habenti, et
 non effugiet. Vos autem fratres, non estis
 in tenebris, ut vos dies illa tamquam fur
 comprehendat: omnes enim vos filii lucis
 estis et filii diei: non sumus noctis neque
 tenebrarum. Ps. Psalm. igitur non dormiamus sicut
 et ceteri, sed vigilemus et sobrii simus, qui
 enim dormiunt, nocte dormiunt; et qui
 ebrii sunt, nocte ebrii sunt.

Ps. Psalm. Dimittite eum, ut maledicat; Dominus
 enim precepit ei, ut malediceret David: *
 et quis est, qui audeat dicere, quare sic fe-
 cerit? V. Domine opprobrium insipienti
 dedisti me; obmutui et non aperui os me-
 um: quoniam tu fecisti. * Ps. Psalm. 2. Psalm. 16.
Ps. Psalm. 58.

Lectio X.

Vos autem qui diei sumus, sobrii simus,
 induti loricae fidei et charitatis, et galeam
 spei salutis. quoniam non popuit nos Deus
 in iram, sed in acquisitionem salutis per
 Dominum nostrum Jesum Christum, qui
 mortuus est pro nobis: ut sive vigilemus,
 sive dormiamus, simul cum illo vivamus.
 Propterea quod consolamini invicem, et edificate
 alterutrum, sicut et facitis. Rogamus autem

vos fratres, ut noveritis eos, qui laborant
inter vos, et profunt vobis in Domino, et
monent vos; ut habeatis illos abundantius
in charitate propter opus illorum: pacem
habete cum eis.

Ps. Peccavi nimis, ut hoc facerem: obsecro
aufer iniquitatem serui tui, quia insipienter
egi: & melius mihi est, ut incidam in ma-
nus Domini, quia multe sunt miserationes
eius. *V.* Magnus es Domine in eternum,
et in omnia secula regnum tuum: quoniam
tu flagellas et salvas, deducis ad inferos, et re-
ducis. & melius. *j. Baral. 2j. Job. 13.*

Lectio XI.

Rogamus autem vos fratres, corripite in-
quietos, consolamini pusillanimes, suscipite
infirmos, patientes estote ad omnes. Videte
ne quis malum pro malo alicui reddat; sed
semper quod bonum est sectamini in vicem
et in omnes. Semper gaudete sine inter-
missione orate. In omnibus gratias agite:
hoc est enim voluntas Dei in Christo Iesu
in omnibus vobis. Spiritum nolite extin-
guere. Prophetias nolite spernere. Omnia
autem probate, quod bonum est tenete: ab
omni specie mala abstinete vos.

Ps. Dixit David ad Deum: ego, qui peccavi;
ego qui malum feci: iste grex quid com-
meruit? & veritatur obsecro manus tua
in me, et in domum patris mei: populus
autem tuus non percutiatur. *V.* Iustum,
qui non debet puniri, condemnare; exterum
estimas a tua virtute. & veritatur. *j. Baral. 2j.
Sap. 12.*

Lectio XII.

Ipsae autem Deus pacis sanctificet vos per om-
nia; ut integer spiritus vester, et anima, et
corpus sine querela in adventu Domini nostri

Jesu Christi servetur. Fidelis est, qui vocavit
vos, qui etiam faciet. Fratres, orate pro no-
bis. Salutate fratres omnes in osculo sancto.
Vivro vos per Dominum, ut legatur epistola
haec omnibus sanctis fratribus. gratia
Domini nostri Jesu Christi vobiscum. Amen.

Oratio pro Dominica. Seraphim clamabant al-
ter ad alterum: * Sanctus, sanctus, sanctus
Dominus Deus exercituum: * plena est om-
nis terra gloria eius. V. Tres sunt, qui
testimonium dant in caelo, Pater, Verbum
et Spiritus sanctus; et hi tres unum sunt.
* Sanctus. V. gloria. * plena. ps. 6. 1. Joan. 5.

Oratio infra hebdomadam. Quam magna mise-
ricordia Domini, et propitiatio illius con-
vertentibus ad se: * virtutem magnitudinis
eius quis enuntiabit? aut quis adiciet enar-
rare misericordiam eius? V. Misericors et
misericors Dominus: longa nimis et mul-
tum misericors. * virtutem. V. gloria.
* virtutem. Eccl. 1. 7. Ps. 102.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Matthaeum. cap. 5.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis:
nisi abundaverit iustitia vestra plus quam
scribarum et pharisaorum, non intrabitis
in regnum caelorum. Audistis, quia dictum
est antiquis: non occides, qui autem occiderit,
reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: quia
omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit
iudicio. qui autem dixerit fratri suo
raca, reus erit concilio. qui autem dixerit
fatue, reus erit gehenne ignis. Si ergo of-
fers munus tuum ad altare, et ibi recorda-
tus fueris, quia frater tuus habet aliquid
adversum te: relinque ibi munus tuum ante
altare, et vade prius reconciliari fratri

tuo: et tunc veniens offeres munus tuum.

Ad Bened. ant. Ego dico vobis, quia omnis,
qui irascitur fratri suo, & reus erit iudicio.
Matth. 5.

Ad Magnif. ant. Si frater tuus habet ali-
quid aduersum te, relinque munus tuum
ante altare, & et uade prius reconciliari
fratri tuo. Matth. 5.

Feria II.

Lectio I.

De libro secundo Regum. cap. 12.

Percussit Dominus parvulum, quem pepe-
rerat uxor Uria David, et desperatus est.
Deprecatusque est David Dominum pro pa-
vulo: et ieiunavit David ieiunio, et ingres-
sus seorsum, iacuit super terram. Vene-
runt autem seniores domus eius, cogentes
eum ut surgeret de terra: qui noluit, nec
comedit cum eis cibum. & Accidit autem
die septima, ut moreretur infans: timue-
runtque servi David nuntiare ei, quod mor-
tuis esset parvulus; dixerunt enim: ecce
cum parvulus adhuc viveret, loquebamur
ad eum, et non audiebat vocem nostram:
quanto magis si dixerimus, mortuus est puer,
se affliget? Cum ergo David vidisset servos suos
muspitantes, intellexit, quod mortuus esset
infantulus; dixitque ad servos suos: num mor-
tuis est puer? qui responderunt ei: mortuus
est. 9. Surrexit ergo David de terra, et lotus
undis que est: cumque mutasset vestem, ingres-
sus est domum Domini, et adoravit, et venit
in domum suam: petivitque ut ponerent ei panem,
et comedit. Dixerunt autem ei servi huius: quis est
sermo, quem fecisti? propter infantem, cum adhuc
viveret ieiunasti, et flebas: mortuo autem puero

Surrexisti, et comedisti panem. * qui ait: prop-
 ter infantem, dum adhuc viveret, ieiunavi
 et flevi; dicebam enim: quis scit, si forte donet
 cum mihi Dominus, et vivat infans? et hunc
 autem quia mortuus est, quare ieiunem? et cum
 quid potero revocare cum amplius? ego va-
 dam magis ad eum, ille vero non revertetur
 ad me. Et consolatus est David Bethsabae ux-
 rem suam: quo genuit filium, et vocavit
 nomen eius Salomon, et Dominus dilexit
 eum. Nihilque in manu Isathan prophetae,
 et vocavit nomen eius, amabilis Domino,
 eo quod diligeret eum Dominus.

Reg. ex I. Noturno Dominico praecedentis.

Leccio II.

Ex libro Moralium sancti Gregorii Papae.

l. 9. cap. 24.

Si delinquenti non paritur, quis ab aeterna
 morte eripitur, cum a delicto mundus nemo
 reperitur? an poenitenti parit, et delinquenti
 non parit? quia cum delicta plangimus, ne-
 quaquam iam delinquentes sumus. Sed quid,
 quod Petrus dum negat, respicitur, et Redemptoris
 negati respectu ad lacrymas vocatur? quid quod
 Paulus, cum Redemptoris nomen in terra conare-
 tur extinguere, eius verba de caelo meruit au-
 dire? Sed tamen culpa in utroque punita est;
 quia et de Petro teste Evangelio scriptum est:
 recordatus Petrus verbi Jesu egressus foras fle-
 vit amare. Et de Paulo hoc eadem, quo hunc
 vocavit, Veritas dicit: ego ostendam ei, quanta
 cum oporteat pro nomine meo pati. Delinquenti
 ergo Dominus nequaquam parit, quia de-
 lictum sine unctione non deserit. aut enim
 ipse hoc homo in se poenitens punit; aut hoc
 Deus cum homine vindicans percutit. de-
 quaquam igitur peccato paritur, quia
 nullatenus sine vindicta laxatur. Sic David

audire ~~recedit~~ post confessionem meruit:
 Dominus transulit peccatum tuum. Et
 tamen multis post cruciatibus afflictus,
 ac fugiens, reatum culpe, quam perpetra-
 verat, exsoluit. Si nos salutis unda a
 culpa primi parentis absolvimur: sed ta-
 men reatum eiusdem culpe diluentes,
 absoluti quoque adhuc carnaliter obimus.
 Ab electis enim suis iniquitatum maculas
 sordet temporali afflictione tergere, quas
 in eis in perpetuum non vult videre.

Feria III.

Lectio I.

De libro secundo Regum. cap. 15.
 Post quadraginta annos dixit Absalom
 ad regem David: vadam et reddam vota
 mea, quo vovi Domino, in Hebron. Vovens
 enim vovit servus tuus, cum opes in Gessur
 Syria, dicens: si reduxerit me Dominus in
 Jerusalem sacrificabo Domino. Dixit que
 ei rex David: vade in pace. Et surrexit et
 abiit in Hebron. * Nihil autem Absalom
 exploratores in universas tribus Israel, di-
 cens: statim ut audieritis clangorem buci-
 ne, dicite: regnavit Absalom in Hebron.
 Porro cum Absalom ierunt ducenti viri de
 Jerusalem vocati, evanes simplici corde, et
 causam penitus ignorantes. Aversum quoque
 Absalom Achitophel Gilonitem consiliarium
 David de civitate sua Gilo. cumque immolaret
 victimas, facta est coniuratio valida, populusque
 concurrens augebatur cum Absalom. ¶ Venit
 igitur nuntius ad David dicens: toto corde
 universus Israel sequitur Absalom. Et ait
 David servis suis, qui erant cum eo in Jerusa-
 lem: surgite, fugiamus; neque enim erit
 nobis effugium a facie Absalom: festinate

egredi, ne forte veniens occupet nos, et impel-
lat super nos ruinam, et percussit civitatem
in ore gladii. Dixeruntque servi regis ad eum:
omnia, quae cumque preceperit Dominus
noster rex, libenter exequemur servitui. *
Egressus est ergo rex et universa domus eius,
pedibus suis: et dereliquit rex decem mulieres
concubinas ad custodiendam domum. Egres-
susque rex et omnis Israel pedibus suis, spe-
ditque procul a domo. Et universi servi eius
ambulabant iuxta eum, et legiones Cerethi
et Bethlethi, et omnes Gethai pugnatores
validi, sexcenti viri, qui secuti eum fue-
rant de Geth pedites, procedebant regem.
Ex II. et octavo Dominica procedentis.

Lectio II.

Ex libro sancti Augustini Episcopi contra
Faustum. l. 22. cap. 66. 67.

In David erat tam prudens in filios et tanta
clementia, ut cum innocentem puerum, pro-
mo egrotante multis lacrymis et humilitatis
sordibus sese abiciens Dominum fuerat depre-
catus, mortuum non luxerit, idem invenem
lilium parricidalis furore precipitem, qui con-
tra patrem scelestum bellum gerebat, et vellet
conservatum, et fleret occisum: animo scilicet
antis criminibus involuto sempiternas
revidens penas, quibus evadendis eum per-
venientiam corrigendum vivere cupiebat
humiliatum. (Non autem in illo David)
veter misa est secundum Dei comminatio-
nem flagelli paterni disciplina, ut et con-
sensus in aeternum liberaretur, et afflictus
temporaliter probaretur. Nam vero modice
sibi robur fuit, aut parvum mitis et obe-
dientis animi iudicium, cum audisset a
propheta, quod sibi Deus ignovisset, et tamen

audire ~~recedit~~ post confessionem meruit:
 Dominus transiit peccatum tuum. Et
 tamen multis post cruciatibus afflictus,
 ac fugiens, reatum culpe, quam perpetua-
 verat, exsoluit. Sic nos salutis unda a
 culpa primi parentis absolvi mur: sed ta-
 men reatum eiusdem culpe diluentes,
 absoluti quoque adhuc carnaliter obimus.
 Ab electis enim suis iniquitatum maculas
 fidel temporalis afflictione tergere, quas
 in eis in perpetuum non vult videre.

Feria III.

Lectio I.

De libro secundo Regum. cap. 15.
 Post quadraginta annos dixit Absalom
 ad regem David: vadam et reddam vota
 mea, quo voti Domino, in Hebron. Vovens
 enim vovit servus tuus, cum esset in Gessur
 Syria, dicens: si reduxerit me Dominus in
 Jerusalem, sacrificabo Domino. Dixit que
 ei rex David: vade in pace. Et surrexit et
 abiit in Hebron. * Nihil autem Absalom
 exploratores in universas tribus Israel, di-
 cens: statim ut audieritis clangorem buci-
 ne, dicite: regnavit Absalom in Hebron.
 Porro cum Absalom ierunt ducenti viri de
 Jerusalem vocati, euales simplici corde, et
 causam penitus ignorantes. Aversit quoque
 Absalom Achitophel Gilonitem consiliarium
 David de civitate sua Gilo. cumque immolaret
 victimas, facta est coniuratio valida, populusque
 concurrens augebatur cum Absalom. ¶ Venit
 igitur nuntius ad David dicens: toto corde
 universus Israel sequitur Absalom. Et ait
 David servis suis, qui erant cum eo in Jerusa-
 lem: surgite, fugiamus; neque enim erit
 nobis effugium a facie Absalom: festinate

egredi, ne forte veniens occupet nos, et impel-
 lat super nos ruina[m], et percussit civitatem
 in ore gladii. Dixeruntque servi regis ad eum:
 omnia, quae cumque proceperit Dominus
 noster rex, libenter exequemur servitui. *
 Egredus est ergo rex et universa domus eius,
 pedibus suis: et dereliquit rex decem mulieres
 concubinas ad custodiendam domum. Egred-
 usque rex et omnis Israel pedibus suis, ste-
 titque procul a domo. Et universi servi eius
 ambulabant iuxta eum, et legiones Cerethi
 et Ethelthi, et omnes Gethai pugnatores
 validi, sexcenti viri, qui secuti eum fue-
 rant de Getha pedites, procedebant regem.

Ex II. nocturno Dominica procedentis.

Lectio II.

Ex libro sancti Augustini Episcopi contra
 Faustum. l. 22. cap. 66. 67.

In David erat tam prudens in filios et tanta
 clementia, ut cum innocentem puerum, pro
 quo egrotante multis lacrymis et humilitatis
 sonibus sese abiciens Dominum fuerat depre-
 catus, mortuum non luxerit, idem invenit
 filium parricidalis furoris precipitem, qui con-
 tra patrem scelestum bellum gerebat, et vellet
 conservatum, et fleret cuiusque animo scilicet
 tantis criminibus involuto sempiternas
 providens penas, quibus evadendis eum per
 poenitentiam corrigendum vivere cupiebat
 humiliatum. (Non autem in illo David)
 praetermissa est secundum Dei comminatio-
 nem flagelli paterni disciplina, ut et con-
 fessus in aeternum liberaretur, et afflictus
 temporaliter probaretur. Haec vero modica
 fidei robur fuit, aut parvum militis et obe-
 dientis animi iudicium, cum audisset a
 propheta, quod sibi Deus ignovisset, et tamen

Et hic quidem beatus, qui cum genuerat, elatuerat, tamquam erro et profugus errabat in deserto, et quo ex his sequuntur malis opprimebatur: ille vero in bonis paternis voluptatem explebat. Hoc omnia dicta sunt; ut quocumque David tristitia evenerunt, quocumque papsus est, discamus, et quocumque alia commoda populi ex historia percipi, ea etiam in medium adducamus. Eae enim, quod a multis apudque inquiruntur: cur iusti affliguntur, improbi autem in quiete et otio versantur? id hic invenire possumus. Iustus enim versabatur in calamitatibus; Sceleratus autem et patricida, et ipsius naturae inimicus et hostis, in felicitate agebatur et palatii regis; sed nec ille quidquam ex eo lucrabatur, neque sanctus hic laudabatur. Hinc ergo primum hoc dicit, ne conturbentur in huiusmodi rebus adversis, cum videas etiam iustis id evenire. Aliud autem postea, ne miseris pro tempore sed nois leges amicitiae. Tertium, ut etiam pericula audeas adire pro virtute. quartum, ut etiam in rebus dubiis et asperis bona spe sis provinus, Dei auxilium et expectans.

Teria V.

Lectio I.

De libro secundo Regum. cap. 16.
 Venit ergo rex David usque Bahurim: et a eue egrediebatur inde vir de cognatione domus Saul, nomine Semei, filius gera, procedebatque egrediens: et maledicebat, mitebatque lapides contra David, et contra omni versos servos regis David: omnis autem populus, et universi bellatores, a dextro et a sinistro latere regis incedebant. * Ista autem loquebatur Semei, cum malediceret regi: egredere, egredere vir sanguinum et

vir belial. Reddidit tibi Dominus uniuersum
 sanguinem domus Saul: quoniam inuastisti
 regnum pro eo, et dedit Dominus regnum in
 manu Absolon filii tui: et ecce preuenit te
 mala tua, quoniam vir sanguinum es. 9.
 Dixit autem Abisai filius Saruio regi: quare
 maledixit canis huius mortuus Dominus meo
 regi? vadam et amputabo caput eius. Et
 ait rex: quid mihi et uobis est filii Saruio?
 Dimittite eum, ut maledicat; Dominus enim
 precepit ei, ut malediceret David: et quis est,
 quis audeat dicere, quare sic fecerit? * Et ait
 rex Abisai, et uniuersis seruis suis: ecce filius
 meus, qui egressus est de utero meo, quorrit
 inimicam meam: quanto magis nunc filius
 homini? Dimittite eum, ut maledicat iuxta
 preceptum Domini: si forte respiciat Dominus
 afflictionem meam, et reddat mihi Dominus
 afflictionem meam, et reddat mihi Dominus
 bonum pro maledictione hac hodierna.
 Ambulabat itaque David et socii eius per
 uiam cum eo. Semei autem per iugum
 nobis ex latere contra illum gradiebatur,
 maledicens, et mittens lapides aduersum eum,
 et ranque spargens.

¶ Ps. ex III. Hodurno Dominico procedentis.

Lectio II.

Ex libro sancti Ambrosii Episcopi de
 Apologia David. cap. 6.

Maledicebat Davidi uir, cui nomen Semei, au-
 tum appellans, et uirum sanguinis, digno-
 que iudicio Domini deiectione epe de regno.
 Et ne talibus quidem movebatur conuictis,
 nocebantur autem comites eius. Donique
 unus ex sociis uirum minatus est, quod iniurio
 reatum caput eius auferret; sed rex
 conuersus ad Abisai: quid mihi, ait, et tibi
 est filii Saruio? ideo maledixit mihi, quoniam
 Dominus dixit illi, ut maledicat. quem

moraliter docuit, quod iniuriarum vel periculorum nostrorum tempora, tentationum certamina et examina probationum sunt, et ideo non sine divino ea irrogari solere iudicio. Exercetur bonus athleta convitiis, exercetur laboribus et periculis, ut dignus sit, cui deferatur corona iustitiae: et ideo ferenda patienter sunt, quo putantur adversa. Et reddidit sanctus propheta dicens: ecce filius meus, qui exivit de ventre meo, querit animam meam. Si autem semineus maledicit mihi, dimitte illum, ut maledicat; quoniam dixit illi Dominus, ut videat humilitatem meam, et retribuatur mihi Dominus pro maledicto hoc. Vide, quam singula diligenter custodiat. Non accusat Dominum, quasi auctorem iniuriae, sed magis laudat, quod patitur nos minora perpeti, ut maiorum veniam peccatorum adipiscamur. Haec verborum contumelia paritidii levavit orationem, absolvit prociacem, cuius maledicta plus pro proficit, quod divina remuneratione donantur. quis se cum talem non compenset iniuriam, ut quem homo laedit, cum Deus meliorum retributione soletur?

Feria VI.

Lectio I.

De libro secundo Regum. cap. 18.

Igitur considerato David populo suo, constituit super eos tribunos et centuriones. Et procepit rex Joab, et abisai et Ethai, dicens servate mihi puerum Absolon. Et omnis populus audiebat precipientem regem cum aliis principibus pro Absolon. Itaque egressus est populus in campum contra Israel, et factum est prolium in saltu Ephraim. Et cecidit ibi populus Israel ab

exercitu David, facta que est plaga magna in die illa viginti millium. * Acuidit autem, ut occurreret Absolom servis David sedens mulo: cumque in gressus suis pedes mulus subter condendam quercum et magnam, adhasit caput eius quercui: Et ille suspensus inter caelum et terram, mulus, cui infederat, pertransiit. Vidit autem hoc quispiam, et nuntiavit goab, dicens: vidi Absolom pendere de quercu. 9. Tulit ergo tres lanceas in manu sua, et infixit eas in corde Absolom: cumque adhuc palpitareret horrens in quercu, cucurrerunt decem iuvenes armigeri goab, et percussitantes interlecerunt eum. Et tulerunt Absolom, et proiecerunt eum in saltu, in foveam grandem, et comportaverunt super eum acervum lapidum magnum nimis: omnis autem Israel fugit in tabernacula sua. * Veniens autem ad David) Chusi ait: bonum apporto nuntium, domine mi rex: iudicavit enim pro te Dominus hodie de manu omnium, qui surrexerunt contra te. Dixit autem rex ad Chusi: estne pax vero Absolom? Cui respondens Chusi fians, inquit, sicut puer, inimici domini mei regis, et universi qui confurgunt adversum eum in malum. Contristatus itaque rex ascendit in tabernaculum porte et flevit. Et sic loquebatur ad eum: Fili mi Absolom, Absolom fili mi: quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te, Absolom fili mi, fili mi Absolom?

R. A. ex II. Nocturno Dominica procedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.
ad Thymotheum. c. 5.

Portentosa et frequentia domui David contingere mala, cum calamitates aliarum calami-

latum remedio curarentur. Considera quos.
 Absalom insurgit in patrem, illumque rursus
 ad fugas erroresque, quos pater erat subleu,
 revocat: immo illi multo molestior ea
 fuga, quam prior fuit. Nam prius quidem
 dux cum esset, ista perpeperus est: nunc autem
 cum annis plurimis regnasset, hostesque
 fere omnes superasset, migrare cogebatur
 ac profugus fieri: qui autem illum pro-
 fugum agebat, non alienus quispiam sine
 hostis erat. sed qui ex ipsius utero egressus
 fuerat, ut ipse lamentabatur plorans.
 (Postea) bellum instruebatur, enigmati
 quam veritati similius. Eumenim, qui
 causa fuerat malorum omnium, cuiusque
 belli totam materiam probuerat, et quo
 mortuus adversa omnia finiebantur, cum,
 inquam, ducibus suis tota providentia et
 cura commendabat. quid hac hospitacione
 et ambiguitate deterius? quid ea difficul-
 tate miserabilius? Suscipere bellum cogeba-
 tur, in quo et vincere et vinci eque illi mo-
 lestum erat. Nam neque superari volebat,
 qui tantas copias emiserat: neque rursus
 superare, qui belli autorem necari prohibe-
 bat. Verum disiecto bello ac fine, quem voluit
 Deus, consecuto, ac parricida illo interfecto: re-
 liquis omnibus in letitia et gaudio agentibus,
 solus rex lugebat et lacrymabatur, ac seipsum
 includens defunctum compellabat filium;
 ferebatque graviter, quod pro illo ipse non occu-
 pisset.

Sabbato.

Leviticus 1.

De libro secundo Regum. cap. 24.

Adidit furor Domini irasci contra Israel,
 commovitque David in eis dicentem: vade,
 numera Israel et Judam. Percussit autem cor

David eum, postquam numeratus est populus, et dixit David ad Dominum: peccavi valde in hoc facto; sed precor Domine, ut transferas iniquitatem servi tui, quia stulte egi nimis. * Surrexit itaque David mane: et sermo Domini factus est ad Gad prophetam et videntem David, dicens: vade et loquere ad David: hoc dicit Dominus: trium tibi datur optio, elige unum, quod volueris ex his, ut faciam tibi. Cumque venisset ad David, nuntiavit ei dicens: aut septem annis veniet tibi fames in terra tua: aut hiis mensibus fugies ad versarios tuos, et illi te persequentur: aut certe tribus diebus erit pestilentia in terra tua. Atque ergo delibera, et vide, quem respondeam ei, qui me misit, sermonem. ¶ Dixit autem David ad Gad: coartor nimis; sed melius est, ut incidam in manus Domini, multa enim misericordia eius sunt, quam in manus hominum. Immissitque Dominus pestilentiam in Israel de mane usque ad tempus constitutum: et mortui sunt ex populo a Dan usque ad Berabea septuaginta milia virorum. * Cumque extendisset manum suam angelus Domini super Ierusalem, ut disperderet eam, miseratus est Dominus super afflictione, et ait angelo percipienti populum: Sufficit, nunc contine manum tuam. Erat autem angelus Domini iuxta arcam areinae Jebusae. Dixitque David ad Dominum, cum videret angelum cadentem populum: Ego sum, qui peccavi, ego inique egi: isti, qui oves sunt, quid fecerunt? veritatem, obsecro, manus tua contra me, et contra domum patris mei. ¶ R. ex III. Nocturno Dominico procedentis.

Leitio II.

Sermo sancti Iohannis Chrysostomi.
hom. 24. in epist. ad Rom.

Bonus pastor animam suam ponit pro vi-
 bus suis. Hoc David sepe numero multis
 quidem alibi locis fecit, tum vero maxime,
 quando adversus omnem populum terribilis
 illa ira divinitus demissa seviebat, uniuersis
 enim iam prope occisis dicebat: ego, qui
 pastor sum, peccavi; ego, qui pastor sum, ma-
 ligue egi: illi uero, qui grex sunt, quid fe-
 cerunt? Propterea in electione suppliciorum
 illorum non famem elegit, non hostilem per-
 secutionem, sed inuisam a Domino mortem,
 per quam sperabat alios quidem bene fore se-
 curos, se uero ante reliquos omnes e medio
 tollendum. Hoc uero cum non fieret, lamen-
 tando dicebat: in me sit manus tua, si uero ad
 expiandum facinus non sufficio, sit et ad-
 uersum domum patris mei. Ego enim,
 inquit, qui pastor sum, peccavi: quasi di-
 ceret: etiam si illi peccarent, ego tamen,
 qui illos non corroxi, supplicii reus essem.
 Quando uero meum hoc est peccatum, ego
 utique dignus sum, qui poenas luam.
 Ita igitur iram Dei sustulit, ita sententiam
 diuinam reuocauit. Talem oportet esse
 principem, et ob aliorum magis, quam
 ob proprias dolere calamitates.

Ad Vesperas duplex.

Ad Magnif. ant. Sed et Salomon
 super solium Domini in regem pro
 David patre suo, et cunctis placuit: et
 paruul illi omnis israel. 1. Paral. 29.

Oratio Sac. Gelas.

Deus uirtutum, cuius est totum, quod
 est optimum, infere pectoribus nostris

amorem sui nominis, et propterea in nobis religionis augmentum: ut quae sunt bona nutrias; ac pietatis studio, quae sunt nutrita, custodias. Per Dominum.

Dominica VI. post Pentecosten.

Duplex maius, 12. lect.

In I. nocturno.

Lectio I.

Incipit liber tertius Regum.

cap. 1.

Rex David senuerat, habebatque etatis plurimos dies. Adonias autem filius Hagith elevabatur, dicens: ego regnabo. Feitque sibi currus et equites, et quinquaginta viros, qui currerent ante eum. Nec corripuit eum pater suus aliquando, dicens: quare hoc fecisti. Erat autem et ipse pulcher valde, secundus natu post Absolon. Et sermocinus cum Joab filio Sarvia, et cum Abiathar sacerdote, qui adiuvabant partes adonia. Sadoc vero sacerdos, et Banaias filius Joiade, et Elathan propheta, et Semei et Rei, et robur exercitus David non erat cum Adonia.

R. Locutus est David rex ad omnem ecclesiam: * Salomonem filium meum unum elegit Deus, adhuc puerum et tenellum. V. Ipse edificabit domum nomini meo: et stabiliam thronum regni eius usque in sempiternum. * Salomonem.

i. Paral. 29. 2. Reg. 7.

Lectio II.

Dixit quoque Rex David: vocate michi Sadoc sacerdotem, et Elathan prophetam,

et Banaiam filium Joiada. qui cum in-
 grepi fuissent coram rege, dixit ad eos: tollite
 vobiscum servos Domini vestri, et imponite
 Salomonem filium meum super mulam
 meam, et ducite eum in Gihon: et argat
 eum ibi Sadoc sacerdos et Nathan propheta
 in regem super Israel; et canetis buccina,
 atque dicetis: vivat rex Salomon. Et
 ascendetis post eum, et veniet, et sedabit
 super solium meum, et ipse regnabit pro
 me: illique proecipiam, ut sit dux super
 Israel et super Judam.

R. Mortuus est David in senectute bona,
 plenus dierum, et divitiis et gloria: et
 regnavit Salomon filius eius pro eo. 2.
 David in sua generatione cum administrasset
 voluntati Dei, dormovit, et adpositus est
 ad patres suos. * et reg. i. Paral. 29. aut. 15.

Lectio III.

Et respondit Banaias filius Joiada regi, di-
 cens: amen; sicut loquatur Dominus Deus
 Domini mei regis. quomodo fuit Dominus
 cum Domino meo rege, sicut sit cum Salomone,
 et sublimius faciat solium eius a solio
 Domini mei regis David. Descendit ergo
 Sadoc sacerdos, et Nathan propheta, et Ba-
 naias filius Joiada, et Cerethi et Bhelethi,
 et imposuerunt Salomonem super mulam
 regis David, et adduxerunt eum in Gihon.
 Sumpsitque Sadoc sacerdos cornu olei de ta-
 bernaculo, et unxit Salomonem; et ceine-
 runt buccina, et dixit omnis populus:
 vivat rex Salomon.

R. Post David surrexit filius Senatus, et
 propter illum deiecit omnem potentiam ini-
 micorum: * ut conderet domum in nomine

quo, et pararet Sancti Salomem in aeternum.
 V. Dilexit Dominus Salomonem, et vocavit
 nomen eius, amabilis Domino; eo quod di-
 ligeret eum Dominus. * ut. Ecl. 1. 4.
2. Reg. 12.

Lectio IV.

Adonias autem timeas Salomonem, sus-
 cepit, et abiit, tenuitque cornu altaris.
 Annuntiaverunt Salomoni dicentes:
 ecce Adonias timeas regem Salomonem
 tenuit cornu altaris dicens: iuret mihi
 rex Salomon hodie, quod non interfi-
 ciat seruum suum gladio. Dixitque
 Salomon: si fuerit vir bonus, non cadet
 ne unus quidem capillus eius in terram:
 si autem malum inventum fuerit in
 eo, morietur. Nisi ergo rex Salomon,
 adduxit eum ab altari; dicitque
 et ingressus adoravit regem Salomonem.
 Dixitque ei Salomon: vade in domum
 tuam.

¶ Nunc Domine Deus, tu regnare fe-
 cisti seruum tuum pro David patre
 meo: * Dabis ergo seruo tuo corde
 ut populum tuum iudicare possit, et
 discernere inter bonum et malum. V.
 Quis enim hominum poterit scire confi-
 lium Dei? aut quis poterit cogitare, quid
 velit Deus? * Dabis. V. gloria. Dabis.
3. Reg. 3. Sap. 9.

In II. Vespurno.

Lectio V.

Sermo sancti Gregorii Papae.
 l. 2. hom. 9. in Exod.

Tanta debet esse (in sacerdote) discretio,
 ut nec disciplina nimia, nec misericordia
 sit remissa: ne si inordinata culpa dimittitur,
 is qui est culpabilis, in reatu gravius
 adstringatur: et rursus, si culpa immode-
 rate retinetur, tanto, qui corrigitur,
 deterior fiat, quanto erga se nil ex benigni-
 tatis gratia agi considerat. Exhibenda itaque
 pravis est asperitas in offensione, charitas
 in mente; ut et dura offensio delinquentem
 coerceat, et charitatis custodia mercedem
 mansuetudinis non amittat: Euc hoc est
 magisterium disciplinae, ut aegras et dis-
 crete noverit parcere, et pie refecare.
 qui autem discretionis spiritum non
 habent, aut sic dimittunt peccata, ut non
 corrigant; aut sic quasi corrigendo ferunt,
 ut non dimittant.

R. Dixit Dominus ad Salomonem: quia
 petisti sapientiam et scientiam, ut iudi-
 care possis populum meum: * sapientia et
 scientia data sunt tibi: divitias autem et
 substantiam et gloriam dabo tibi. V. Si
 quis indiget sapientia, postulet a deo,
 qui dat omnibus affluenter, et non impro-
 perat; et dabitur ei. * Sapientia. 2. Bar. 1.
Jac. 1.

Lectio VI.

Doctus ergo, cui de disciplina moderamine
 loqui Dei necesse est, quod docendo loquitur,
 hoc sub discretionis spiritu vigilantiter ope-
 retur. Nec si quidam sibi de esse confi-
 derat, oportet ut ab eorum predicatione
 conticescat: locus quippe eius erigit, ut lo-
 quatur. Verbis ergo suis semetipsum conve-

videt: et si non ideo loquitur, quia non opera-
 tur; ideo operetur, quia loqui compellitur.
 ubi itaque se conficit opere implere, quod
 dicit, ibi auditores admonet, eorumque
 animos ad studium bonae operationis accen-
 dit. ubi autem nec dum se videt implere
 quod loquitur, ad bona, de quibus auditores
 admonet, se quoque pariter inflammet.
 Hic se etiam simul discat in opere, quod per
 am loquitur veritas in predicatione. Sope-
 nim quod vivendo nescimus, compulsi lo-
 cutione doctrinae, loquenda discimus: et dum
 cogitatione nostra pigris rectus nascitur
 in mente, eandem mentem compunctio subito
 verba transverberat, et sua voce excitata
 vigilat in opere, quae prius torpebat in otio
 sine voce.

Benedictus Dominus Deus Israel: qui de-
 dit David regi filium sapientem et auditum,
 et ut edificaret domum Domino. 1. Regum 4.
 et ut edificaret domum Domino. 1. Regum 4.
 et ut edificaret domum Domino. 1. Regum 4.
 et ut edificaret domum Domino. 1. Regum 4.
 et ut edificaret domum Domino. 1. Regum 4.

Lectio VII.

Libet inter haec sancti Evangelii ad medium
 verba deducere, cuius sacra historia per hoc,
 quod factum miraculum narrat, mira quo
 motu aguntur denuntiat. Nam cum
 espi atque ieiuni ad Dominum populi con-
 venissent, discipulis Dominus dixit: mi-
 sercor super turbam, quia ecce iam triduo
 sustinent me. Turba triduo Dominum
 sustinet, quando multitudo fidelium
 peccata, quae perpetravit, per peniten-
 tiam declinat, ad Deum se in opere,
 devotione atque in cogitatione convertit.
 quos dimittere ieiunos in domum suam

Dominus non vult, ne deficiant in via: quia videlicet conversi peccatores in presentis vite via deficiunt, si in sua conscientia sine doctrina sancto pabulo dimittantur. et eliguntur easentur in huius peregrinationis itinere, pascendi sunt sancta admonitione.

R. ait Salomon: si caelum et caeli caelorum non te capiunt, quanto magis domus ista, quam edificavi? * sed ad hoc tantum facta est, ut respicias orationem servi tui et obsecrationem eius. V. Salomon edificavit Domino domum: sed non excelsus in manu factis habitabat. * sed. 2. Paral. 6. act. 7.

Lectio VIII.

Valde autem pensanda est pia sententia, quae procepit ex ore veritatis, quae dicitur: quidam enim ex eis de longe venerunt. alii enim post carnis flagitia, alii post falsa testimonia, alii post facta furtiva ad poenitentiam redeunt, atque ad omnipotentis Dei servitium convertuntur: hi videlicet ad Dominum de longinquo veniunt. Dantur igitur alimenta eis etiam, qui de longinquo veniunt: quia conversis peccatoribus doctrinae sanctae cibi praebendi sunt, ut in Deum vires reparent, quas in flagitiis amiserunt. qui saepe a doctoribus tanto necesse est, ut largioribus cibis doctrinae satientur, quanto saepe maioribus vitis venerunt. Et cum iam confiteri ceperint mala quae commiserunt, atque confitendo relinquere et fletibus punire, necesse est, ut doctores sancti pro eorum peccato solliciti crearent. quod quoties agunt, sua ante Dei oculos amplius detergant, quia ea ipsa charitate se iustificandis, qua mira pietate

pro alienis iniquitatibus se in lamentis mac-
tant.

Ps. Consurge Domine Deus in requiem tuam,
in et arca fortitudinis tuae: & sacerdotes tui
induantur salutem, et sancti tui letentur
in bonis. V. Sicut oculi tui aperti super
omnium hanc die ac nocte: ut exaudias depre-
cationem serui tui et populi tui. & sacerdotes.
1. gloria. & sacerdotes. 2. Baral. 6. 3. Reg. 8.

In III. et nocturno.

Lectio IX.

Incipit epistola secunda beati Pauli
apostoli ad Thesalonicenses. cap. i.

Paulus et Sylvanus et Timotheus: eulepsia
Thesalonicensium in Deo Patre nostro et
Domino Jesu Christo: gratia vobis et pax
a Deo Patre nostro et Domino Jesu Christo.
gratias agere debemus semper Deo pro vobis,
fratres, ita ut dignum est, quoniam super-
crescit fides vestra, et abundat charitas u-
niversiusque vestrum in invicem: ita
et nos ipsi in vobis gloriemur in eulepsis
Dei pro patientia vestra et fide, et in om-
nibus persecutionibus vestris et tribulationi-
bus quas sustinetis in exemplum iusti iudicii
Dei, ut digni habeamini in regno Dei.

Ps. Si ambulaveris coram me, sicutambu-
lavisti pater tuus, et feceris iuxta omnia
que praecepi tibi: & suscitabo thronum requi-
am tui, sicut pollicitus sum David patri tuo. V.
Si custodieris praecepta mea, et mandata mea,
augur faciam dies tuos. & suscitabo. 2. Baral. 4.
3. Reg. 15.

Lectio X.

Et tamen iustum est apud Deum, retribuere
tribulationem iis, qui vos tribulant: Avobis

qui tribulamini, requiem nobiscum in revelatione Domini Jesu de caelo cum angelis virtutis eius, in flamma ignis dantis vindictam iis, qui non noverunt Deum, et qui non obediunt evangelio Domini nostri Jesu Christi. qui penas dabunt in interitu aeternas a facie Domini et a gloria virtutis eius, cum venerit glorificari in sanctis suis, et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt: quia creditum est testimonium nostrum super vos in die illo. In quo etiam oramus semper pro vobis: ut dignetur vos vocatione sua Deus noster, et impleat voluntatem bonitatis, et opus fidei in virtute, ut clarificetur nomen Domini nostri Jesu Christi in vobis, et vos in illo, secundum gratiam Dei nostri et Domini Jesu Christi.

R. Dediti maculam in gloria tua: Deus autem non derelinquet misericordiam suam, et non corrumpet nec delebit opera sua.
V. Juravit Dominus David veritatem, et non frustrabitur eam. et non. Euli. 47.
Ps. 101.

Lectio XI. cap. 2.

Rogamus autem vos, fratres, per adventum Domini nostri Jesu Christi, et nostro congregationis in ipsum: ut non cito moveamini a vestro sensu, neque terreamini neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam tanquam per nos missam, quasi iustet dies Domini. Ne quis vos seducat illo modo: quoniam nisi venerit discipulus primus, et revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui ad versatur, et extollitur super omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam si Deus. Non retinetis,

quodcumque dixi ad hunc usque apud vos, haec dicebam vobis? et nunc quid delincaat scitis, ut revelebitur in suo tempore.

¶ Certe in gentibus multis non erat rex similis Salomoni: & dilectus Deo suo erat: et ipsum duxerunt ad peccatum mulieres alienigenae. V. Haec scripta sunt ad correptionem nostram: itaque qui se existimat stare, videat ne cadat. & dilectus. 2. 1. Cor. 10.

Lectio XII.

Nam mysterium iam operatur iniquitatis: tantum ut qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat. Et tunc revelabitur ille iniquus, quem Dominus Jesus in hereticis spiritu oris sui, et destruet illustratione adventus sui eum, cuius est adventus secundum operationem satanae, in omni virtute, et signis, et prodigiis mendacibus, et in omni seductione iniquitatis, in qui perierunt: eo quod charitatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent. Ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut creant mendacio, ut iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed conenserunt iniquitati.

¶ pro Dominica. Seraphim clamabant ceter ad acherum: & Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum: & plena est omnis terra gloria eius. V. Tres sunt, qui testimonium dant in caelo, Pater, Verbum et Spiritus sanctus; et hi tres unum sunt. S. Sanctus. V. gloria. & plena. Isa. 6. 1. Joan. 5.

¶ infra hebdomadam. Eue ego scindam regnum de manu Salomonis, filio autem eius dabo tribum unam: & ut remaneat in aeterna Davidicis diebus coram me.

V. Semel iuravi in sancto meo, si David men-
tiam: semen eius in eternum manebit.

* ut. V. gloria. * ut. 3. Reg. ii. Ps. 88.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Marcum. cap. 8.

In illo tempore: cum turba multa esset cum
gesu, nec haberent quod manducarent, con-
vocatis discipulis, ait illis: misereor super
turbam, quia ecce iam triduo sustinent
me, nec habent quod manducant: et si
dimisero eos ieiunos in domum suam,
deficient in via; quidam enim ex eis de
longe venerunt. Et responderunt ei disci-
puli sui: unde illos quis poterit huc satu-
rare panibus in solitudine? Et interro-
gavit eos: quot panes habetis? qui dix-
erunt: septem. Et precepit turba discum-
bere super terram. Et accipiens septem
panes, gratias agens fregit, et dedit disci-
pulis suis, ut apponerent: et apposerunt
turba. Et habebant pisciculos paucos:
et ipsos benedixit, et iussit apponi. Et man-
ducaverunt, et saturati sunt: et sustulerunt,
quod superaverat de fragmentis septem
portas. Erant autem qui manducave-
rant quasi quatuor millia: et dimisit
eos.

Ad Bened. ant. Misereor super turbam;
quia ecce iam triduo sustinent me; * nec
habent, quod manducant. Marc. 8.

Ad Magnif. ant. Accipiens gesus sep-
tem panes, gratias agens fregit, et appo-
suerunt turba: * et manducaverunt,
et saturati sunt. Marc. 8.

Teria II.

Lectio I.

De libro tertio Regum. cap: 3.

apparuit autem Dominus Salomoni per
 medium nocte, dicens: postula, quod vis,
 et dabo tibi. Et ait Salomon: tu fecisti
 in seruo tuo David patre meo misericordiam
 magnam, sicut ambulavit in conspectu tuo
 in veritate, et iustitia, et recto corde tecum:
 et dediti ei misericordiam tuam grandem,
 et dediti ei filium sedentem super thronum
 eius, sicut est hodie. * Et nunc Domine
 meus, tu regnare fecisti seruum tuum pro
 David patre meo: ego autem sum puer par-
 ulus, et ignorans egressum et introitum
 eum. Et seruus tuus in medio est populi,
 quem elegisti, populi infiniti, qui nume-
 ri et supputari non potest pro multitu-
 dine. Dabis ergo seruo tuo cor docile, ut
 populum tuum iudicare possit, et discernere
 inter bonum et malum. quis enim poterit
 iudicare populum istum, populum tuum
 hoc multum? ¶ Placuit ergo sermo
 istam Domino, quod Salomon postulasset hu-
 iusmodi rem. Et dixit Dominus Salomoni:
 quia postulasti verbum hoc, et non petisti
 mulos, nec divitias, aut animas ini-
 micorum tuorum, sed postulasti tibi sapien-
 tiam ad discernendum iudicium: ecce feci
 tibi secundum sermones tuos, et dediti tibi cor
 docile et intelligens, in tantum, ut nullus
 sicut te similis tui fuerit, nec post te surretu-
 rus sit. * Sed et hoc, quo non postulasti, dedi-
 sti tibi: divitias scilicet et gloriam, ut nemo fuerit
 tibi similis tui in regibus, cunctis retro diebus,
 et ambulaveris in viis meis, et

Sanctus David electus ex omnibus ad ple-
 bem regendam, quam mitis et blandus,
 humilis spiritu, sedulus corde, facillime erat
 affatus: ante regnum se pro omnibus of-
 ferebat, rex cum omnibus aequabat suam
 malitiam, et partiebatur laborem; fortis
 in proelis, mansuetus in imperio, patiens
 in convitiis, ferre magis promptus, quam
 referre iniurias. Non mediocre istud,
 praesertim in rege, sic obire humilitatis
 munia, ut communem se exhiberet etiam
 infimis, alieno periculo cibum non que-
 rere, potum recusare, peccatum fateri,
 seque ipsum pro populo offerre morti,
 ut in se divina indignatio converteretur.
 Quid alia dicam? quod dolum meditan-
 tibus os suum non aperiebat, et tanquam
 non audiens, nullum sermonem referen-
 dum putabat. Non respondebat convitiis;
 cum sibi derogaretur, orabat; cum male-
 diceretur, benedicebat. ambulans in sim-
 plicitate, et superbiorum fugitans arrogan-
 tiam, sectator exstitit immaculatarum.
 qui cinerem miscebat alimentis suis, cum
 peccata propria deploraret, et potum
 suum temperabat fletibus. Et quid plura
 de eo dicam? De quo huiusmodi Dei pro-
 cepit sententia, ut de eo diceret: inveni
 David servum meum secundum cor meum!
 quis enim mi sanctitate cordis et iustitia
 sicut ipse ambulavit, ut impleret volun-
 tatem Dei? propter quem et delinquentibus
 posteris eius venia data est, et prerogativa
 est reservata heredibus.

Feria III.

De libro tertio Regum. cap: 3.

Apparuit autem Dominus Salomoni per
 omnium nocte, dicens: postula, quod vis,
 et dabo tibi. Et ait Salomon: tu fecisti
 in seruo tuo David patre meo misericordiam
 magnam, sicut ambulavit in conspectu tuo
 in veritate, et iustitia, et recto corde tecum:
 et duxisti eum misericordiam tuam grandem,
 et dedisti ei filium sedentem super thronum
 eius, sicut est hodie. * Et nunc Domine
 Deus, tu regnare fecisti seruum tuum pro
 David patre meo: ego autem sum puer par-
 uulus, et ignorans egressum et introitum
 regni. Et seruus tuus in medio est populi,
 quem elegisti, populi infiniti, qui nume-
 rari et supputari non potest pro multitu-
 dine. Dabis ergo seruo tuo cor docile, ut
 populum tuum iudicare possit, et discernere
 inter bonum et malum. quis enim poterit
 iudicare populum istum, populum tuum
 uno mulierum? ¶ Placuit ergo sermo
 istum Domino, quod Salomon postulasset hu-
 iusmodi rem. Et dixit Dominus Salomoni:
 quia postulasti verbum hoc, et non petisti
 auro, nec multos, nec divitias, aut animas ini-
 micorum tuorum, sed postulasti tibi sapien-
 tiam ad discernendum iudicium: ecce feci
 tibi secundum sermones tuos, et dedi tibi cor
 sapientis et intelligentis, in tantum, ut nullus
 sicut te similis tui fuerit, nec post te surretu-
 rus sit. * Sed et hoc, quo non postulasti, dedi
 tibi: divitias scilicet et gloriam, ut nemo fuerit
 similis tui in regibus, cunctis retro diebus,
 et ambulaveris in viis meis, et

custodieris precepta mea et mandata mea,
sicut ambulavit pater tuus, longos faciam
dies tuos.

Ps. ex II. et octavo Dominico procedentis.

Lectio II.

Ex commentario sancti Joannis

Chrysostomi in Mattheum. hom. 23.

Salomon, quia illa petiit, quo petere oportebat, vide quam cito accepit. Duo igitur observare oportet orantem, ut et vehementer petat, et ea petat, quo sibi expediunt: quando quidem et vos, etiam si patres filios, filios vestros petere finitis: et si damnosum sit illud, quod petunt, negatis; si utile sit, annuitis et datis. Tu igitur hoc cogitans ne abspicias, donec acciperis; ne recedas, donec inveneris; ne studium remittas, donec aperiat ianua. Si enim hoc animo acciperis, dixerisque: nisi recipiam, non ab eo: profus accipies, si tamen illa petas, quo et ei, a quo petis, et tibi expediat, ut dentur. Quoniam porro sunt hoc? Si spiritualia petas omnia, si postquam offensas remisisti, sic auctas remissionem petens: si absque ira et disceptationibus sanctas manus attollamus: si sic petamus, accipiemus. Et tunc vero nostra petitio irrisio est, potiusque ebriorum hominum, quam sobriorum. Quid igitur, inquires, si spiritualia petam, nec accipiam? Non studiose procul dubio postulasti; vel te ipsum indignum fecisti, qui acciperes; aut citius, quam par erat, abspicisti.

Feria IV.

Lectio I.

Edificavit Salomon domum Domini, et
consecravit eam, et perfecit omne opus,
quod faciebat in domo Domini, et intulit,
quae sanctificaverat pater suus, argentum
et aurum et vasa, repositisque in thesau-
ris domus Domini. Et intulerunt sa-
cerdotes arcam foederis Domini in lo-
cum suum, in oraculum templi, in
sanctum sanctorum, subter alas cherubini.
In arca autem non erat aliud, nisi duo
tabulae lapideae, quas posuerat in castris
in Horeb, quando pepigit Dominus foedus
cum filiis Israel, cum egredierentur de
terra Aegypti. Factum est autem, cum exi-
issent sacerdotes de sanctuario, nebula in-
levit, domum Domini. Et non poterant
sacerdotes stare et ministrare propter ne-
bulam: impleverat enim gloria Domini
domum Domini. ¶ Stetit autem Salo-
mon ante altare Domini in conspectu
ulepis, et expandit manus suas in caelum,
dixit: Domine Deus Israel, non est si-
milis tui Deus in caelo desuper, et super
terram deorsum, qui custodis pactum et
misericordiam servis tuis, qui ambulaverunt
in toto corde suo. qui custodisti servum tuum
David patrem meum, quia locutus es ei: ore locutus
es, et manibus perfecisti, ut hoc dies probat.
¶ Nunc ergo Domine Deus Israel,
conserua famulo tuo David patri meo,
quia locutus es ei, dicens: non auferetur
de te vir coram me, qui sedeat super
thronum Israel: ita tamen, si custodierint

filii tui viam suam, ut ambulent coram
me, sicut tu ambulasti in conspectu meo.
Et nunc Domine Deus Israel, firmetur
verba tua, quo locutus es seruo tuo David
patri meo.

Ps. ex III. Nocturno Dominica procedentis.

Lectio II.

Ex tractatu sancti augustini Episcopi
Super Psalmos. in Psal. 126.

Salomon erat tempore suo filius David,
magnus ille, per quem multa sancta pro-
cepta, et salubria monita, et divina sacra-
menta Spiritus sanctus in divinis litteris
operatus est. Nam ipse Salomon mulierum
amator fuit, et reprobatus est a Deo. et quo-
ia deo laqueus illi fuit illa cupiditas, iusta mu-
lieribus etiam idolis sacrificare cogerebus,
sicut de illo scriptura testis est. Sed si illo cadem-
te, quo per illum dicta sunt, delerentur,
iudicaretur quia ipse dixerat, non per illum
dicta erant. Optime igitur etiam hoc egit
misericordia Dei, ut quidquid boni per Salo-
monem dictum est, Deo tribueretur; peccatum
autem hominis homini. Ipse Salomon
edificaverat templum Domino, in typo
quidem, et in figura futura ecclesie et
corporis Domini; unde dicit in Evangelio:
Soluite templum hoc, et in triduo excitabo
illud. Quia ergo ipse edificaverat illud
templum, edificavit sibi templum verus
Salomon Dominus noster Jesus Christus,
verus pacificus. Est autem ille verus pacifi-
cus, de quo dicit apostolus. ipse est enim
pax nostra, qui fecit utraque unum: ipse est
verus pacificus, qui duos parietes et diverso
venientes in se copulavit, quibus factus est

lapis angularis, venienti populo ex circum-
cisione credentium, et venienti populo ex
propulsiō gentium, et ipsorum credentium:
ecce unam ecclesiam de duobus populis:
hucus est illis lapis angularis, et ideo vere
sacrificus.

Feria V.

Lectio I.

De libro tertio Regum. cap. g.

Factum est autem cum perfecisset Salomon
edificium domus Domini et edificium
regis, et omne quod optaverat et voluerat
facere, apparuit ei Dominus secundo, sicut
apparuerat ei in Gabaon. Dixitque Dominus
ad eum: exaudiui orationem tuam et depre-
cationem tuam, quam deprecatus es coram
me: sanctificavi domum hanc, quam edifi-
casti, ut ponerem nomen meum ibi in
sempiternum, et erunt oculi mei decor meum
ibi cunctis diebus. * Tu quoque si ambulaveris
coram me, sicut ambulavit pater tuus, in
simplicitate cordis et in equitate, et fe-
ceris omnia, que precepi tibi, et legitima
iura et iudicia servaveris: ponam thronum
regni tui super Israel in sempiternum, et
sicut locutus sum David patri tuo, dicens: non
transferetur vir de genere tuo de solio Israel.
* Si autem aversione aversi fueritis vos et
filii vestri, non sequentes me, nec custodien-
tes mandata mea et ceremonias meas, que
quas proposui vobis; sed abieritis et colue-
ritis deos alienos, et adoraveritis eos: aufer-
eam Israel de superficie terre, quam dedi
vobis: et templum, quod sanctificavi nomini
meo, praeiciam a conspectu meo, eritque Is-
rael in proverbium et in fabulam cunctis
populis. * Et domus haec erit in exemplum:

Omnes qui transierunt per eam, stupelant, et
sibilant, et dicunt: quare fecit Dominus sic
terra huic, et domui huic? Et respondebunt:
quia dereliquerunt Dominum Deum suum,
qui eduxit patres eorum de terra aegypti,
et secuti sunt deos alienos, et adoraverunt
eos, et coluerunt eos: idcirco induxit Domi-
nus super eos omne malum hoc.

Ex I. nocturno Dominicis procedentis.

Lectio II.

Ex tractatu sancti Augustini super
Psalmos. l.c.

Inferim. et D.

Salomon ille filius David, de muliere Beth-
sabee, rex Israel, figuram gestabat Christi
paucissimi, quando templum edificavit: ideo
ne illum putes Salomonem qui edificavit
domum Deo, alium Salomonem tibi ostendens
Scriptura, sic cepit in Psalmo: nisi Dominus
edificaverit domum, in vanum labo-
raverunt edificantes eam. Dominus ergo edi-
ficat domum, Dominus Jesus Christus edifi-
cat domum suam. Quae autem domus Dei,
et ipsa civitas? Domus enim Dei populus
Dei: quia domus Dei templum Dei. Et
quid dicit apostolus? Templum enim Dei
sanctum est, quod estis vos. Omnes autem
fideles, quae est domus Dei, non solum qui
modo sunt, sed et qui ante nos fuerunt,
et iam dormierunt, et qui post nos futuri
sunt, adhuc qui nasci habent in rebus hu-
manis usque in finem seculi, congregati
in unum fideles innumerabiles, sed Do-
mino numerati, de quibus dicit apostolus:
novit Dominus qui eius sunt, grana illa,
quae modo gement in inter palcas, quo-
mapam unam factura sunt, quando

res in fine fuerit ventilata: omnis ergo
numerus fidelium sanctorum ex homini-
bus commutandorum, ut fiant aequales an-
gelis Dei adiuncti etiam ipsi angelis, omnes
simul unam domum Dei faciunt et unam
civitatem.

Feria VI.

Lectio I.

De libro tertio Regum. cap. ii.

Rex autem Salomon adhaeruit mulieres
alienigenas multas. cumque iam esset se-
nex, depravatum est cor eius per mulie-
res, ut sequeretur deos alienos: nec
erat cor eius perfectum cum Domino Deo
suo, sicut cor David patris eius. Sed colebat
Salomon asarthen deam Sidoniorum, et
Moloch idolum ammonitarum. Et
itaque Salomon, quod non placuerat coram
Domino, et non adimplevit, ut sequeretur
Dominum, sicut David pater eius.
Tunc edificavit Salomon fanum Chamoth
idolo Moab in monte, qui est contra Ge-
rusalem, et Moloch idolo filiorum am-
mon. Atque in hunc modum fecit universis
uxoribus suis alienigenis, quae adolebant
lura, et immolabant diis suis. ¶ Igitur
iratus est Dominus Salomoni, quod aver-
set mens eius a Domino Deo Israel, qui
apparuerat ei secundo, et praeceperat de
verbo hoc, ne sequeretur deos alienos: et non
custodivit, quae mandavit ei Dominus. ¶ Dixit
itaque Dominus Salomoni: quia habuisti
uxorem apud te, et non custodisti pactum meum
et praecepta mea, quae mandavi tibi, disrum-
pisti secundam regnum tuum, et dabo illud

Terro tuo. Verumtamen in diebus tuis non
faciam, propter David patrem tuum: de
manu filii tui scindam illud; nec totum
regnum auferam, sed tribum unam dabo
filio tuo, propter David seruum meum,
et Ierusalem quam elegi.

Ex II. duos priora ex III. lib. Tom. procedentis.

Lectio II.

Ex libro sancti Augustini Episcopi
contra Faustum. l. 22. cap. 53.

De Salomone quid dicam, quem vehementer
arguit sancta scriptura atque condemnat,
nihilque de poenitentia eius vel in eum
indulgentia Dei omnino commemorat?
Nec mihi prorsus occurrat, quid saltem
in allegoria boni significet hoc eius flen-
da subversio: nisi forte quis dicat, mulie-
res alienigenas, quarum amore exarse-
rat, significare ecclesias electas de genti-
bus. Popul hoc fortasse non absurde intel-
ligi, si ille propter Salomonem desereret
Deos suos, et colerent Deum eius: cum vero
ipse propter illas offendit Deum suum, et
coluit Deos earum, non est, quid inde boni
coniectare possimus. Nec tamen nihil ar-
bitror significare, sed malum. apparebit enim
in persona huius Salomonis et mira excel-
lentia, et mira subversio. quod igitur in illo
diversis temporibus existit, prius bonum et
posterius malum, hoc in ecclesia in isto adhuc
seculo simul uno tempore ostenditur. Nam bono
illius bonos ecclesia, malo autem illius malos
ecclesia significatos puta: tamquam in unitate
unius arce, sicut in illo uno homine, bonos in
granis, malos in palea, ut in unitate unius segetis
bonos in tritico, malos in Tizanis.

Sabbato.

Lectio I.

De libro tertio Regum. cap. ii.

199.
Hunc est in tempore illo, ut Jeroboam egredere-
tur de Jerusalem, et inveniret eum Ahias
conites propheta in via operatus pallio novo;
erat autem duo tantum in agro. apprehen-
susque Ahias pallium suum novum, quo cooper-
tus erat, scidit in duodecim partes. Et ait ad Jer-
oboam: tolle tibi decem scipuras; hac enim dicit
dominus Deus Israel: ecce ego scindam regnum
de manu Salomonis, et dabo tibi decem tribus. *
Et una tribus remanebit tibi, propter servum
meum David, et Jerusalem civitatem, quam
elegi ex omnibus tribubus Israel: eo quod
relinquerit me, et non ambulaverit in viis meis,
et non fecerit iustitiam coram me, et precepta mea
et iudicia, sicut David pater eius. Et ecce auferam
regnum de manu eius, sed ducem po-
nam eum cunctis diebus vite sue: propter
servum meum, quem elegi, qui custodi-
bit mandata mea et precepta mea. * Auferam
autem regnum de manu filii eius, et
dabo tibi decem tribus: filio autem eius dabo
tribum unam, ut remaneat lucerna David ser-
vum meum cunctis diebus coram me in Jerusalem
civitate, quam elegi, ut esset nomen meum
in illa. Te autem assumam, et regnabis super
omnia, quae desiderat anima tua, et eris rex
super Israel. * Si igitur audieris omnia, quae
dixi tibi, et ambulaveris in viis meis,
et feceris quod rectum est coram me, custodiens
mandata mea et precepta mea sicut fecit
David servus meus: ero tecum et edificabo
tibi domum fideliem, quomodo edificavi David
domum; et tradam tibi Israel: Dies autem, quos
regnavit Salomon in Jerusalem super omnem
Israel, quadraginta anni sunt. Dormivitque
Salomon cum patribus suis, et sepultus est in

civitate David patris sui, regnavitque Roboam
filius eius pro eo.

Reg. duo posteriora ex III. et Oct. Tom. precedentis.

Letitio II.

Ex libro sancti Augustini Episcopi de
civitate Dei. l. 17. cap. 20. 21. 22.

Salomon bonis initiis, malos exitus habuit.
quippe secundo res, quo sapientia humanos
fatigant, magis huic obfuerunt, quam
profuit ipsa sapientia, etiam nunc et
deinceps memorabilis, et tunc longe lateque
laudata. Diviso (autem) populo primus
regnavit in Jerusalem Roboam rex Juda,
filius Salomonis; et in Samaria Jeroboam
rex Israel servus Salomonis. (Hic) mente
perversa credens Deo, quem veracem pronis-
so sibi regno datoque probaverat, timuit,
ne veniendo ad templum Dei, quod erat in
Jerusalem, quo secundum divi nam legem ve-
niendum fuit, seduceretur ab eo populus,
et stirpi David tanquam regio semini red-
deretur; et instituit idololatriam in reg-
no suo, et populum Dei secum simulacro-
rum cultu obstrictum nefanda impietate
decepit. Nec tamen omni modo cessavit
Deus non solum illum regem, verum etiam
suos prores eius et impietatis imitatores,
populumque ipsum arguere per prophetas.

Ad vespas Duplex.

Ad magnif. ant. Ascendit Elias per turbi-
nem in caelum; Elifous autem videbat et
clamabat: * Pater mi, pater mi, curru Is-
rael et auriga eius. 4. Reg. 2.

Oratio laura. Gelas.

Deus, cuius providentia in sui dispositione
non fallitur: te supplices exoramus, ius noxia
cuncta submoveas, et omnia nobis profutura
concedas. Per Dominum.

Dominica VII. post Pentecosten.

Duplex maius 12. lect.

In I. Nocturno.

Lectio I.

De libro tertio Regum. cap. 18.

Post dies multos factum est verbum Domini ad Eliam in anno tertio, dicens: vade et ostende te Achab, ut dem pluviam super faciem terra. Igitur ergo Elias, ut ostenderet se Achab. Venitque Achab in occursum Elie. Et cum vidisset eum, ait: tunc es ille, qui turbas Israel? Et ille ait: non ego turbas Israel, sed tu et domus patris tui, qui reliquistis mandata Domini, et secuti sis Baalim. Verumtamen nunc mitte, et congrega ad me universum Israel in monte Carmeli, et prophetas Baal quadringentos quinquaginta, prophetasque luorum quadringentos, qui comedunt de mensa Jezabel. Et Jeroboam peccare fecit Israel, et viciam peccandi Ephraim; et plurima redundaverunt scelera ipsorum; valde averterunt illos a terra sua. V. Separavit Israel a Domino, et peccare eos fecit peccatum magnum. et. Ecdi. 47. 4. Reg. 17.

Lectio II.

Misit Achab ad omnes filios Israel, et congregavit prophetas in monte Carmeli. Respondens autem Elias ad omnem populum ait: usquequo claudicatis in duas partes? Dominus est Deus, sequimini eum: si autem Baal, sequimini illum. Et non respondit ei populus verbum. Et ait rursus Elias ad populum: ego remansi propheta Domini solus. Propheta autem Baal quadringenti quinquaginta viri sunt. Tentur nobis duo boves, et illi eligant sibi bovem unum, et in frustra coales ponant super ligna, ignem autem non

Prop. de Temp. 26.
P. Q.

201.

Supponant: et ego faciam bovem alterum, et imponam super ligna, ignem autem non supponam. Invocate nomina deorum vestrorum, et ego invocabo nomen Domini mei: et Deus, qui exaudierit per ignem, ipse sit Deus. Respondens omnis populus ait: optima propositio. R. Offert Dominus Deus est, quem non reliquimus: * nos custodimus precepta Domini Dei nostri, quem vos reliquistis. V. Quare transgredimini preceptum Domini, quod vobis non proderit, et dereliquistis Dominum? * nos. 2. Paral. 12. et 24.

Lectio III.

Dixit ergo Elias propheta Baal: eligite vobis bovem unum, et facite primum, quia vos plures estis: et invocate nomina deorum vestrorum, ignemque non supponatis. qui cum tulissent bovem, quem dederat eis, fecerunt: et invocabant nomen Baal de mane usque ad meridiem dicentes: Baal exaudis nos. Et non erat vox, nec qui responderet: transflicabantque altare quod fecerant.

R. Simulacra gentium argentum et aurum, opera manuum hominum: * os habent, et non loquentur, aures habent et non audiunt. V. Q. et invocate deos, quos elegistis. * os. Ps. 112. Judic. 10.

Lectio IV.

Cumque iam tempus esset, ut offerretur holocaustum, audivens Elias propheta ait: Domine Deus abraham et Isaac et Israel, ostende hodie, quia tu es Deus Israel, et ego servus tuus, et iuxta preceptum tuum feci omnia verba haec. Exaudi me Domine, exaudi me: ut discat populus iste, quia tu es Dominus Deus, et tu convertisti cor eorum iterum. Et cum autem ignis Domini, et voravit holocaustum, et ligna

lapides, pulverem quoque, et aquam, quae
erat in aquae ductu, lambens. quod cum vi-
disset omnis populus, cecidit in faciem suam,
et ait: Dominus ipse est Deus, Dominus ipse
est Deus. Dixitque Elias ad eos: apprehendite
prophetas Baal, et ne unus quidem effugiat
caecis. quoscumque apprehenderent, duxit eos
Elias ad torrentem Cison, et interfecit eos ibi.
Ps. Confundantur et pereant, et cogantur,
quia non est tibi Dominus: et tu solus altis-
simus in omni terra. V. Videte, quod ego
solus, et non sit alius Deus proter me.
* In. V. Gloria. * In. Ps. 82. Deut. 32.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Ex libro sancti Cypriani episcopi et
Martyris de unitate ecclesiae.

Immortalitate potiri quomodo possumus, nisi
ea, quibus mors expugnatur, et vincitur, Chri-
sti mandata seruemus? ipse monente et dicente:
si vis ad vitam venire, serua mandata; et iterum:
si feceritis, quae mando vobis, iam non dicam vos
seruos sed amicos. Hos denique fortes diuit et
stabile; hos super petram robusta mole fun-
datos; hos contra omnes tempestates et turbines
leui in mobili et inconcupsa firmitate soli-
datos. Verbis igitur eius insistere, quocumque
et docuit et fecit, discere et facere debemus. Ce-
terum credere se in Christum quomodo dicit,
qui non facit, quod Christus facere praecipit?
aut unde perveniet ad premium fidei, qui
idem non vult seruare mandati? Nullus
necepe est et uagetur, et spiritu erroris
arripitur velut pulvis, quem ventus excubit,
vehiletur; nec ambulando proficiet ad
salutem, qui salutaris vite non tenet veri-
tatem.

R. Surrexit Elias propheta quasi ignis, et
verbum ipsius quasi facula ardebat: & verbo
Domini continuit coelum. V. Elias oravit,
non plueret, et non pluit: et rursum oravit,
et coelum dedit pluviam. & verbo. Luci. 48.
Jac. 5.

Lectio VI.

Cavenda sunt autem, fratres dilectissimi, non
solum quo sunt aperta atque manifesta sed
et astuta fraudis subtilitate fallentia. Quod
vero astutius, quidve subtilius, quam ut Chri-
sti adventu detectus a prostratus inimicus
! postquam lux gentibus venit, et hospitium
dis hominibus salutare lumen effulsit,
ut surdi auditum gratia spiritalis admit-
terent, aperirent ad Deum oculos suos cecis,
infirmi aeterna sanitate revalescerent,
claudi ad ecclesiam currerent, multi clamis
vocibus et precibus orarent: videns ille ido-
la derelicta, et per nimium credentium
populum sedes suas ac templa deserta, ex-
cogitaverit novam fraudem, ut sub ipso Chri-
stiani nominis titulo fallat incautos? Hereses
invenit et schismata, quibus subverteret
fidem, veritatem corrumpere, scinderet
unitatem. quod debere non potest in via
veteris coeitate, circum scribit et decipit
novi itineris errore.

R. Accedens Elias ad omnem populum
ait: usque quo claudicatis induas partes?
& si Dominus est Deus, sequimini mecum.
V. Nemo servus potest duobus dominis
servire: aut enim unum odiet, et alterum
diliget: aut uni adhaerebit, et alterum con-
temnet. & si. Matth. 23. Luc. 16.

Lectio VII.

Rapit de ipsa ecclesia homines, et dum sibi
adpropinquasse iam lumini, atque evasisse

Pro Dominica alia R. R.

Non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine
intrabit in regnum caelorum: & sed & qui
facit voluntatem patris mei, ipse intrabit
in regnum caelorum. V. quid proderit, si
fidem quis dicat se habere, opera autem non
habeat? numquid poterit fides salvare eum
& qui. Matth. 7. Jac. 2.

R. Attendite a falsis prophetis, & qui &
veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrin-
secus autem sunt lupi rapaces. V. et non
misi eos: et ipsi prophetant in nomine meo
mendaciter, ut pereatis. & veniunt.
Matth. 7. Jer. 27.

seculi noctem videntur, alias nescientibus
 nebras rursus infundit: ut cum Evangelio
 Christi, et cum observatione eius et lege non
 contenti, christianos se vocent; et ambulantes
 in tenebris habere se lumen existiment; blan-
 diente adversario atque fallente, qui secundum
 apostoli vocem transfiguratur, se velut ange-
 lum lucis, et ministros subornat suos velut
 ministros iustitiae; afferentes noctem pro
 die, interitum pro salute, desperationem
 sub obtentu spei, perfidiam sub pretextu
 fidei, anti christum sub vocabulo Christi: ut
 cum veri similia mentiuntur, veritatem
 subtilitate fraudentur.

Ep. Zelo zelatus sum pro Domino Deo
 exercituum, quia dereliquerunt partem
 tuam filii Israel: * prophetas tuos occi-
 derunt gladio, derelictus sum ego solus,
 et quaerunt animam meam, ut auferant
 eam. V. An nescitis in Elia quid dicit
 scriptura: quemadmodum interpellat
 Yeum adversum Israel? * prophetas.
3. Reg. 19. Rom. 11.

Lectio VIII.

Hoc eo fit, fratres dilectissimi, dum ad
 veritatis originem non reditur, nec caput
 quaeritur, nec magistri caelestis doctrina
 servatur. quo si quis consideret et examinet,
 tractatu longo atque argumentis opus
 non est. Profatio est ad fidem facilis com-
 pendio veritatis. Loquitur Dominus ad
 Petrum: ego dico tibi, inquit, quia tu es
 Petrus, et super istam petram edificabo
 ecclesiam meam, et portae inferorum
 non vincunt eam: et tibi dabo claves reg-
 ni caelorum. Et iterum eidem post resur-
 rectionem suam dicit: pascere oves meas. Super

Ep. Propheant de corde suo: * con-
 sumunt pulvillo sub omni cubito manus,
 et faciunt cervicalia sub capite ad capi-
 endas animas. V. a fructibus eorum
 cognoscetis eos. * consumunt. Ezech. 13.
Matth. 23.

unum edificat ecclesiam suam. Et quamvis apostolis omnibus parem potestatem tribuat, tamen, humilitatem manifestaret, unitatis eiusdem originem ab uno incipientem sua auctoritate disposuit. Hoc utique erant et ceteri apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio praeiiti et honoris et potestatis, sed exordium ab unitate proficiscitur, ut ecclesia una esse monstretur.

R. Dicit Elias divinum responsum: reliqui mihi septem millia virorum, qui non curvaverunt genua ante Baal. * Sic et in hoc tempore et reliquis secundum electionem gratiae salvos facti sunt. *V.* antequam veniat dies Domini magnus, convertet Elias cor patrum ad filios, et cor filiorum ad patres eorum. * Sic. *V.* gloria. et reliquis. *Rom. 11. Mal. 4.*

In III. Nocturnis.

Lectio IX.

De epistola secunda beati Pauli apostoli ad Thesalonicenses. cap. 2.

Debemus gratias agere Deo semper pro vobis, fratres dilecti a Deo, quod elegerit vos Deus primitias in salutem, in sanctificatione spiritus et in fide veritatis: in qua et vocavit vos per evangelium nostrum, in acquisitionem gloriae Domini nostri Jesu Christi. Itaque fratres, stete et tenete traditiones, quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Ipse autem Dominus noster Jesus Christus, et Deus et pater vester, qui dilexit nos, et dedit consolationem aeternam et spem bonam in gratia, exhortetur corda vestra, et confirmet in omni opere et sermone bono.

R. Scriptus est Elias in iudiciis temporum, *

R. Solliciti (estote) servare unitatem spiritus in vinculo pacis. * unus Dominus, una fides, unum baptismum. *V.* qui ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus. * unus. *V.* gloria. * unus. *Eph. 4. Matth. 18.*

lenire iracundiam Domini, conciliare cor
patris ad filium, et restituere sibi Jacob. V.
Elias quidem venturus est, et restituet omnia:
Vos autem vobis, quia Elias iam venit, & lenire.
Luce. 48. Matth. 17.

Lectio X. cap. 8.

Ecce ego, fratres, orate pro nobis, ut sermo
hunc curat et clarificetur, sicut et apud vos:
et ut liberemur iniquis et malis homini-
bus; non enim omnium est fides. Fidelis
autem Deus est, qui confirmabit vos et cu-
stodiet a malo. Confidimus autem de vobis
in Domino, quoniam quae precepimus,
et facitis et facietis. Dominus autem
dirigat corda vestra in charitate Dei et pa-
cificam Christi.

R. Amplificatus est Elias in mirabili-
bus suis: & in turbine lectus est, et in
Eliseo completus est spiritus eius.

V. Transtulit illum Deus: ante trans-
lationem enim testimonium habuit
placuisse Deo. & in. Luce. 48. Hebr. 11.

Lectio XI.

Denuntiamus autem vobis, fratres, in
nomine Domini nostri Iesu Christi, ut
subtrahatis vos ab omni fratre ambu-
lante inordinate, et non secundum tradi-
tionem, quam auceperunt a nobis. Ipsi
enim scribitis, quemadmodum oportet imitari
nos: quoniam non iniqui fuimus inter
vos, ne gratis panem manducavimus ab
aliquo, sed in labore et fatigatione nocte
et die operantes, ne quem vestrum gra-
varemus. Non quasi non habuerimus
necessitatem, sed ut nos metipsos formam
daremus vobis ad imitandum nos. Nam et
cum essemus apud vos, hoc denuntiabamus
vobis: quoniam si quis non vult operari,

non manducet; audivimus enim inter
vos quosdam ambulare iniquitate, nihil
operantes, sed curiose agentes. His autem,
qui eius modi sunt, denuntiamus, et
obsecramus in Domino Iesu Christo, ut
cum silentio operantes, suam panem
manducant.

R. Nisi ad Chanaan Eliseus dicens: vade
et lavare septies in Jordane: * descendit
et lavit septies in Jordane septies iuxta
sermonem viri Dei, et restituta est caro
eius, sicut caro pueri parvuli. V. Multi
leprosi erant in Israel sub Eliseo propheta;
et nemo eorum mundatus est, nisi Chaa-
nan Syrus. * descendit. 4. Reg. 5. Luc. 4.

Letitio XII.

Vos autem, fratres, nolite deficere bene-
facientes. quod si quis non obedit verbo
nostro per epistolam, hunc notate, et ne com-
municamini cum illo, ut confundatur: et
nolite quasi inimicum existimare, sed cor-
ripite ut fratrem. Ipse autem Dominus
paxis deus vobis pacem sempiternam in
omni loco. Dominus sit cum omnibus
vobis. Salutatio mea manu Pauli: quod est
signum in omni epistola. Ita scribo. gra-
tia Domini nostri Iesu Christi cum omni-
bus vobis. amen.

R. pro Dominica. Seraphim clamabant
aether ad aetherum: * Sanctus sanctus, sanctus
Dominus Deus exercituum: * plena est om-
nis terra gloria eius. V. Tres sunt, qui testi-
monium dant in caelo, Pater, Verbum, et Spiritus
sanctus; et hi tres unum sunt. * Sanctus. V. glo-
ria. * plena. Isa. 6. j. Joan. 5.

R. Infra hebdomadam. Potentia nemo vicit
Eliseum: * mortuum propheta vit corpus eius,
* in vita sua fecit monstra, et in morte

mirabilia operatus est. V. Proiecerunt
cadaver in sepulchro Elisei: quodcum tetigif-
let opa Elisei, revixit homo, et stetit super
pedes suos. & mortuum. V. gloria. F. in vita.
Cali. 47. 4. Reg. 13.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Matthaeum. cap. 7.

In illo tempore: dixit Jesus discipulis suis:
Mendite a falsis prophetis, qui veniunt ad
eos in vestimentis ovium, intrinsecus autem
sunt lupi rapaces: a fructibus eorum cognos-
cite eos. Num quid colligunt de spinis uvas,
aut de tribulis ficus? Si omnis arbor bona
fructus bonos facit: mala autem arbor malos
fructus facit. Non potest arbor bona malos
fructus facere: neque arbor mala bonos fructus
facere. Omnis arbor, quae non facit fructum
bonum, excidetur, et in ignem mittetur. Fi-
ur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non
omnis, qui dicit mihi: Domine, Domine, in-
trabit in regnum caelorum: sed qui facit vo-
luntatem Patris mei, qui in caelis est, ipse
intrabit in regnum caelorum.

Advers. ant. Non potest arbor bona
malos fructus facere; neque arbor mala bonos
fructus facere: * omnis arbor, quae non fa-
cit fructum bonum, excidetur, et in ignem
mittetur. Matth. 7.

Postagnif. ant. Non omnis, qui dicit
mihi, Domine Domine, intrabit in regnum
caelorum: * sed qui facit voluntatem Pa-
tris mei, qui in caelis est, ipse intrabit in
regnum caelorum. Matth. 7.

Teria II.

Lectio I.

De libro tertio Regum. cap. 19.

Nuntiavit Achab Gezabel omnia, quae fe-
 cerat Elias, et quomodo occidisset uniuersos
 prophetas gladio. Misitque Gezabel num-
 tium ad Eliam, dicens: hoc mihi faciant
 dñi, et hoc addant, nisi hac hora cras po-
 suero animam tuam sicut animam unius
 ex illis. Timuit ergo Elias, et surgens abiit,
 quocumque cum ferebat voluntas: venitque
 in Bersabee guda, et dimisit ibi puerum
 suum, et perrexit in desertum viam unius
 diei. * Cumque venisset, et sederet subler-
 uanum iuniperum, petiuit animam suam,
 ut moreretur, et ait: sufficit mihi Domine,
 tolle animam meam; neque enim melior
 sum quam patres mei. Cumque venisset
 (in Horeb), mansit in spelunca; et ecce ser-
 mo Domini ad eum, dixitque illi: quid hic
 agis Elia? g. At ille respondit: Zelo zelatus
 sum pro Domino Deo exercituum, quia
 dereliquerunt pactum tuum filii Israel:
 altaria tua destruxerunt, prophetas tuos
 occiderunt gladio: derelictus sum ego solus,
 et querunt animam meam, ut auferant
 eam. Et ait Dominus ad eum: derelinquam
 mihi in Israel septem millia virorum,
 quorum genua non sunt incuruata ante
 Baal, et omne os, quod non adorauit eum of-
 culans manus. * ^{ergo} Profectus inde Elias,
 reperit Eliseum filium Saphat, arantem in
 duodecim iugis bouum: et ipse in duodecim
 iugis bouum unus erat: cumque venisset
 Elias ad eum, misit pallium suum super
 me
 illum. qui statim relictis bobus cucurrit
 ris post Eliam, et ait: osculeris oro, patrem meum
 & et matrem meam, et hi sequer te. dixitque ei:
 vade et revertere; quod enim meum erat, fe-
 ci tibi. Reuersus autem ab eo, tulit par

bovum, et mactavit illud, et in aratro bovum
coxit carnes, et dedit populo, et comederunt:
conspiciensque abijt, et secutus est Eliam. et
ministrabat.

Ex. celo. et Dixit Elias. ex II. nocturno
Dominica procedentis.

Lectio II.

Ex libro moralium sancti Gregorii Ep. po.

l. 19. cap. 6.

Sancti, qui sancto sublevante Spiritu ad summa
aspiciuntur, quamdiu in hac vita sunt, ne ali-
qua elatione superbiant, quibusdam tentatio-
nibus reprimuntur: ut nequaquam tantum
proficere valeant, quantum volunt; sed ne
collantur superbia, fit in eis ipsarum quorundam
censura virtutum. Hinc est enim, quod Elias,
cum tot virtutibus in alta profecisset, qua-
rum mensura suspensus est, dum Jezebel
postmodum quamvis reginam, tamen mu-
liericulam, fugit. Perpendo quippe hunc mira-
culis virum ignem de caelo habere, et se-
cundo quinquagenarios cum suis omnibus
elatione fulvula concremare, verlos caelos a
cluvibus claudere, verlos caelos ad pluvias
perire, suscitantem mortuos, ventura-
rumque providentem: et eae rursus animo
recurrit, quo pavore ante unam muliericu-
lam fugerit. Considero virum timore per-
cussum de manu Dei mortem petere, nec
accipere: de manu mulieris mortem fugi-
endo vitare. querebat enim mortem, dum
ligeret, dicens: Sufficit mihi, tolle ani-
mam meam; neque enim melior sum quam
patres mei. unde ergo sic potens, ut tot
res virtutes faciat? unde si infirmus,
ita feminam pertimescat, nisi quia
eque appenduntur mensura: ut ipsi sancti
ei homines et multum valeant per

potentiam Dei, et rursum quadam mensura moderati sint per infirmitatem suam? In illis virtutibus Elias, quid de Deo auceperat; in istis infirmitatibus, quid de se esse poterat, agnoscebat. Illa potentia virtus fuit, ista infirmitas custos virtutis. In illis virtutibus ostendebat quid auceperat; in istis infirmitatibus hoc, quod auceperat, confodiebat. In miraculis monstrabatur Elias, in infirmitatibus servabatur.

Feria III.

Lectio I.

De libro tertio Regum. cap. 21.

Factus est sermo Domini ad Eliam Thesbiten, dicens: surge et descende in occursum Achab regis Israel, qui est in Samaria: ecce ad vineam Naboth descendit, ut prospiciat eam; et loqueris ad eum, dicens: hoc dicit Dominus: occidisti, in super et prospedisti: in loco hoc, in quo lixerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem suum. & Et ait Achab ad Eliam: num invenisti me inimicum tibi? qui dixit: inveni, eo quod venundatus sis, ut faceres malum in conspectu Domini. Ecce ego inducam super te malum, et demetam posteriora tua, et dabo domum tuam sicut domum Jeroboam filii Nabat: quia egisti, ut me ad iracundiam provocares, et peccare fecisti Israel. ¶ Sed et de Jezabel locutus est Dominus dicens: canes comedent Jezabel in agro Jezabel. Si mortuus fuerit Achab in civitate, comedent eum canes: si autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres celi. Ergo non fuit alter talis sicut Achab, qui venundatus est, ut faceret malum in conspectu Domini: concitavit enim eum Jezabel uxor sua; et abominabilis factus est

in tantum, ut sequeretur idola, quo fecerant Amorrhæi, quos consumpsit Dominus a facie filiorum Israel. * Itaque cum audisset Achab sermones istos, scidit vestimenta sua, et operuit cilicio carnem suam, ieiunavitque et dormivit in sacco, et ambulavit cinis in capite. Et factus est sermo Domini ad Eliam Thesliten, dicens: nonne vidisti humiliatum Achab coram me? quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius, sed in diebus filii sui inferam malum domui eius.

Epist. ex I. et nocturno Dominico precedenti.

Lectio II.

Sermo sancti Iohannis Chrysostomi.

hom. 2. De poenit.

Habes alteram poenitentis viam: quam tandem illam? peccatum flere. ~~peccatum~~ peccasti? fleto, et peccatum solvis. quis tui labor? nihil a te amplius requiro, quam ut fleas peccatum. unde vero hoc fiet, inquis, ut si plorem, peccatum solvam? Huius rei demonstrationem habes ex scriptura. Fuit rex quidam Achab: is vero iustus fuisse verberatur; ceterum propter Gezabel uxorem suam iniuste regnabat. Mittit ad eum Eliam prophetam Deus, et recitat illi sententiam. Hoc cum audisset Achab, contristatus est, et propter peccatum suum dolens. Agnovit iniquitatem, et latam in eum sententiam revocavit Deus. Sed prius Elias se excusavit Deus, ne forte mendax videretur. Bona! Dominus servus ad vocatus, et apud hominem Deus homini patrocinatur. Et ille existimare, inquit, sine causa me illi pepercisse: mutavit mores, et iram meam mutavi

atque mitigavi. et si vero falsus propheta censearis, si quidem vera pronuntiasti; nisi mores multasset, ea passurus erat, quo sententia minabatur. Et ait Deus ad Eliam: vidisti quemadmodum incesserit achab plorans et tristis? Non faciam secundum iram meam. Vide ploratum peccata deleri.

Feria IV.

Lectio I.

De libro quarto Regum. cap. 2.

Factum est autem, cum eleuare vellet Dominus Eliam per turbam in caelum, ibant Elias et Eliseus de galgalis, dixitque Elias ad Eliseum: sede hic, quia Dominus misit me usque in Bethel. Cui ait Eliseus: vivit Dominus, et vivit anima tua, quia non derelinquam te. Cumque descendissent Bethel, egrediuntur filii prophetarum, qui erant in Bethel, ad Eliseum, et dixerunt ei: numquid nosti, quia hodie Dominus tollet Dominum tuum a te? qui respondit: et ego novi; silete. * Ierunt igitur ambo pariter et quinquaginta viri de filiis prophetarum secuti sunt eos, qui et steterunt e contra longe: illi autem ambo stabant super Jordanem. Tulitque Elias pallium suum et involvit illud, et percussit aquas, quo divise sunt in utramque partem, et transierunt ambo per sicum. §. Cumque transissent, Elias dixit ad Eliseum: postula quod vis, ut faciam tibi, antequam tollar a te. Dixitque Eliseus: obsecro, ut fiat in me duplex spiritus tuus. qui respondit: rem difficilem postulasti: attamen si videris me, quando tollar a te, erit tibi quod petisti; si autem non videris, non erit. * Cumque

pergrent, et incidentes sermocinarentur,
et currens igneus et equi ignei divide-
rent utrumque: et ascendit Elias per tur-
binem in coelum; Eliseus autem videbat
et clamabat: pater mi, pater mi, currus
israel, et auriga eius. Et non vidit eum
ulterius: apprehenditque vestimenta sua,
et scidit illas in duas partes.

Ex III. Nocturno Dominicae praecedentis.

Lectio II.

Sermo Sancti Gregorii Papae.
hom. 50. in Evang.

In veteri testamento cognovimus, quod Elias
raptus in coelum. Sed aliud est coelum
aëreum, aliud aethereum. Coelum quippe
aëreum terra est, proximum. In coelum itaque
aëreum Elias suble vatus est, ut in secretam
quamdam terra regionem repente dueretur,
ubi in magna iam carnis et spiritus quiete
viveret, quousque ad finem mundi redeat,
et mortis debitum solvat. Ille etenim mor-
tem distulit, non evasit. Notandum quo-
que est, quod Elias in curru legitur ascen-
dente: ut videlicet aperte demonstraretur,
quia homo purus adiutorio indigebat alie-
no. Per angelos quippe facta illa et ostensa
sunt adiumenta: quia nec in coelum qui-
em aëreum per se ascendere poterat, quem
aethere suo infirmitas gravabat. Sicut
autem Joseph a fratribus venditus vendi-
tionem Redemptoris nostri figuravit: sic
Noch translatus, atque ad coelum aëreum
Elias sublevatus ascensionem Dominicam
signavit. Ascensionis ergo suo Dominus
pro-nuntios et testes habuit, unum autem
legem, alium sub lege: ut quandoque veniret
ipse, qui veraciter coelos penetrare potuif-
set. Unde et ipse ordo in eorum quoque
aethorumque sublevatione per quodam

incrementa distinguitur: Nam Enoch translatus, Elias vero ad coelum subvectus esse memoratur: ut veniret postmodum, qui nec translatus nec subvectus, coelum ethericum sua virtute penetraret.

Feria V.

Leitio I.

De libro quarto Regum. cap. 4.

Cum venisset mulier ad virum Dei in montem, apprehendit pedes eius: et accersit Giezi ut amoveret eam. Et ait homo Dei: Dimitte illam, anima enim eius in amaritudine est, et Dominus celavit ad me, et non indicavit mihi. quae dixit illi: numquid petivi filium a Domino meo? numquid non dixi tibi: ne illudas me? & Aille ait ad Giezi: accinge lumbos tuos, et tolle baculum meum in manu tua, et vade. Si occurrerit tibi homo, non salutes eum: et si salutaverit te quispiam, non respondeas illi: et pones baculum meum super faciem pueri. Porro mater pueri ait: vivit Dominus et vivit anima tua, non dimittam te. Surrexit ergo et secutus est eam. Giezi autem praecursus ante eos, et posuerat baculum super faciem pueri, et non erat vox neque sensus: reversusque est in occursum eius, et nuntiavit ei dicens: non surrexit puer. ¶ Ingressus est ergo Eliseus domum; et ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius: ingressusque clausit ostium super se et super puerum: et oravit ad Dominum. Et ascendit et incubavit super puerum: posuitque os suum super os eius, et oculos suos super oculos eius, et manus suas super manus eius: et incurvavit se super eum, et calefacta est caro pueri. & At ille reversus deambulavit in domo semel huc atque illuc: et ascendit,

Incubuit super eum: et oscitavit puer
ophis, aperuitque oculos. At ille vocavit
eum, et dixit ei: voca Luna mitidem hanc.
eo vocata ingrepa est ad eum. quia ait:
ecce filium tuum. Venit illa, et corruit
pedes eius, et adoravit super terram: tu-
que filium suum, et egrepa est.
S. ex II. et III. Dominicae precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Augustini episcopi.

Serm. 26. de verbis psal. 94.

Mende Eliseum in magno alloque my-
crio, tamquam prophetam, agendo pro-
pheta, non solum loquendo. Mortuus
est filius hospitis ipsius. quid significabat
mortuus puer, nisi Adam? et unum est
nudo propheta, gerenti in prophetia
pau Domini nostri Jesu Christi: nihil per-
vum baculum suum, ait illi: vade,
de, pone super puerum mortuum. Accidit
ille tamquam servus obediens. Sciebat pro-
pheta, quid fecerat. Posuit baculum super
mortuum, non surrexit. Si enim daretur
lex, que posuit vivificare, omnino
lege esset infirma. Non enim potuit lex
vivificare. Venit ipse grandis ad parvulum,
vultor ad salvandum, vivus ad mortuum:
ait ipse. Et quid fecit? in ventilia mem-
bra contraxit, tamquam se ipsum exina-
dens, ut formam servi acciperet. Juve-
nilia ergo membra contraxit, parvum se
servo coaptavit, ut efficeret corpus humi-
latis nostre conforme corpori glorioso.
Et in isto typo Christi propheticè ex-
presso suscitatus est mortuus, tamquam
significatus est impius.

Feria VI.

Lectio I.

De libro quarto Regum. cap. 5.

Venit Naaman cum equis et curribus, et
 stetit ad ostium domus Elisei. Misitque ad
 eum Eliseus nuntium dicens: vade et
 lavare septies in Jordane, et recies sana-
 tum caro tua, atque mundaberis. fratrus Na-
 man recedebat dicens: putabam, quod e-
 grederebatur ad me, et stans invocare nomen
 Domini Dei sui, et tangere manu sua lo-
 cum leprose, et curare me. * Cum ergo
 verificasset, et abiret indignans, acciperant
 ad eum servi sui, et locuti sunt ei: pater,
 si irem grandem dixisset tibi propheta,
 certe facere debueras: quanto magis, quia
 nunc dixit tibi: lavare, et mundaberis?
 Descendit, et lavit in Jordane septies iuxta
 sermonem viri Dei: et restituta est caro eius
 sicut caro pueri parvuli, et mundatus est. g.
 Reversusque ad virum Dei cum univer-
 so comitatu suo, venit et stetit coram
 eo, et ait: vere scio, quod non sit alius
 Deus in universa terra, nisi tantum
 in Israel. Obsecro itaque, ut accipias
 benedictionem a servo tuo. At ille respon-
 dit: vivit Dominus, ante quem sto,
 quia non accipiam. Cumque vim faceret,
 penitus non acquievit. * Dixitque Naaman:
 ut vis; sed obsecro, concede mihi servo tuo,
 ut tollam onus duorum burdonum de terra:
 non enim faciet ultra servus tuus holocaustum
 aut victimam diis alienis, nisi Domino. Hoc
 autem solum est, de quo depreceris Dominum
 pro servo tuo: quando ingredietur Dominus
 meus templum Remmon, ut adoret, et illo
 innitente super manum meam, si adoravero
 in templo Remmon, adorante eo in eodem loco,
 ut ignoscat mihi Dominus servo tuo pro hac

qui dixit ei: vade in pace.
¶ Duo postrema ex III. Noct. Dominice preced.

Lectio II.

De questionibus Venerabilis Bedae Presbyteri.
in l. 11. Reg. cap. 16.

Jesus Christum figuravit, Naaman vero
populum gentium. Veniente Christo in carne
Judaei et gentes lepra peccatorum suorum
mundati erant. Sed Judaeis in iniquitate
et permanentibus gentes a lepra peccatorum
eorum mundati sunt. Aqua Jordanis bap-
tismi figurabat, eo quod in ea Christus
baptizatus sit. Naaman aquis Jordanis ablu-
it, et a lepra mundatus: quia populus
universum aqua sacri baptismatis a lepra pec-
catorum suorum est purgatus. Septena vero
lavatio septiformem Spiritum sanctum
figuravit, per cuius operationem remissio pec-
catorum in baptismo datur: quia sicut cor-
pus visibiliter aquis baptismatis, ita anima
visibiliter per operationem Spiritus sancti
peccatis omnibus emundatur. Unde iure
pro eius post lavacrum velut caro pueri par-
vuli memoratur, sive quia cunctos
Christo baptizatos in unam parit gratia
dicit infantiam: seu magis ille sit intelli-
endus puer, de quo dictum est: parvulus
datus est nobis, filius datus est nobis: cuius
nomen per baptismum tota credentium soboles
dunatur. Et ut cuncta huius baptismi iures
ceramenta praemonstrata, in quo abrenun-
ciare satanae, et fidem confiteri praecipimur,
sicut se Naaman ultra diis alienis litabu-
rum, soli per omnia Deo serviturus. Partem
quoque caro sancto secum tollere gaudet,
quia baptizatos oportet quoque Domini
corporis participatione confirmari. Merito

igitur Asamon, cuius dum aqua corpus ab-
lucitur, fide peccata imbuatur, id est, populus
gentium iudicis lepra contumacia squalen-
tibus antefertur.

Sabbato.

Lectio I.

De libro quarto Regum. cap. 6. et 7.
Dixerunt filii prophetarum ad Eliseum:
ecce locus in quo habitamus coram te, an-
gustus est nobis. Eamus usque ad Jordanem,
et tollant singuli de filva materia, singu-
las, ut edificemus nobis ibi locum ad ha-
bitandum. qui dixit: ite. Et ait unus
ex illis: veni ergo et tu cum servis tuis.
Respondit: ego veniam, et abiit cum eis.
* Cumque venissent ad Jordanem, cadebant
ligna. Accidit autem, ut cum unus ma-
teriam succidisset, caderet ferrum securis
in aquam, exclamavitque ille dicit: heu,
heu, heu domine mi, et hoc hoc ipsum mu-
tuo acceperam. Dixit autem homo Dei:
ubi cecidit? at ille monstravit ei locum.
Pecedit ergo lignum, et misit illum, natu-
vitque ferrum; et ait: tolle. qui extendit
manum, et tulit illud. §. Eliseus autem
egrotabat infirmitate, qua et mortuus
est: descenditque ad eum Joas rex Israel, et
flevat coram eo, dicebatque: pater mi, pater
mi, currus Israel et auriga eius. Et ait
illi Eliseus: affer arcum et sagittas. Cumque
attulisset ad eum arcum et sagittas, dixit ad
regem Israel: pone manum tuam super
arcum. Et cum posuisset ille manum suam,
superposuit Eliseus manus suas manibus regis.
* Et ait: aperi fenestram orientalem. Cumque
aperuisset, dixit Eliseus: iace sagittam. Et iecit.
Ait Eliseus: sagitta salutis Domini, et sagitta

clibus contra Syriam, percussisque Syriam
in aphe, donec confumas eam. Notuus est
quo Eliseus, et sepeliant eum. Et cum
ali autem de Moab venerunt in terram
in isto anno. quidam autem sepelientes
ominem, viderunt latunculos, et proiece-
runt eadaver in sepulcro Elisei. quodcumque
super opera Elisei, revixit homo, et stetit super
pedes suos.

Ex. 10. 12. ex III. Not. Tom. precedentis.

Lectio II.

Ex libro moralium sancti Gregorii Papa.

l. 22. cap. 5.

Non negligenter intuentum est, quod propheta-
um filium in Jordane ligna cederent, mi-
rum securis ex manubrio in profundum lapsa
isparuit. Ferrum quippe in manubrio est
tuum intellectus in corde. Ligna vero per hoc
edere, est prave agentes in crepare. quod non
umquam dum fluxe agitur, dum lapsus va-
e glorio in aucta eadem scientia non vitatur,
rum in aqua perditur, quia ex dissoluto quae
helligentia infatuatur. quam profecto
helligentiam ad hoc novimus dari, ut ante
utis oculos ex bona debeat actione restitui.
nde recte is qui ferrum amiserat, clamabat.
cu Domine mi, et hoc ipsum manubrio aue-
eram. Habent enim hoc electi proprium,
si quando eis in sua scientia furiva vano
lorio culpa subrepat, ad cor velociter redeant,
quidquid in se ante districti iudicis oculos dam-
abile inveniant, lacrimis insequantur.
qui flentes non solum caute inspiciant mala
na commiserunt, sed ex aucto munere quo
cedere suam bona debuerunt: quia nimirum
tanto se amplius peccatores sentiant, quanto
ex neglectis bonis, quo agere poterant, debitoros

tenebatur. Sed nunquam Deus mentem de-
serit, quo in peccatis se veraciter agnoscit.
unde et mox Eliseus veniens lignum deorsum
mittit, et ferrum in superficiem attollit:
quia videlicet Redemptor noster pie nos re-
spiciens cor peccatoris humiliat, et eiquam
amiserat intelligentiam reformat, lignum
mergit et ferrum relevat: quia cor affligit
et scientiam reparat.

Ad vesperas Duplex.

Ad Magnif. ant. Noluit Dominus disper-
dere domum David, propter pactum, quod
inierat cum eo: et quia promiserat, ut da-
ret ei lucernam, et filius eius omni tempore.
2. Paral. 21.

Oratio Sac. Leon.

Largire nobis, quosumus Domine, semper
spiritum cogitandi quo recta sunt, propi-
tius et agendi: ut qui sine te esse non possumus;
secundum te vivere valeamus.
Per Dominum.

Dominica VIII. post Pentecosten.

Duplex maior 12. lect.

In I. nocturno.

Lectio I.

De libro quarto Regum. cap. 17.
Anno nono Osee regis Israel, cepit rex asy-
riorum Samariam, et transtulit Israel in
assyrios. Factum est enim, cum peccasset filii
Israel Domino Deo suo, qui eduxerat eos de terra
Aegypti de manu Pharaonis regis aegypti, co-
luerunt deos alienos. Et ambulaverunt iuxta ritum
gentium, quas consumserat Dominus in con-
fectu filiorum Israel et regum Israel, quia
similiter fecerant. Et offenderunt filii Israel ver-
bis non rectis Dominum Deum suum: et edifica-
verunt sibi excelsa in civitatibus suis, a turre

Adum usque ad civitatem munitam.

Protraxisti super eos Domine, annos multos,
revertentur ad legem tuam: ipsi vero fu-
erunt egerunt et non audierunt: et tradi-
sti eos in manus populorum terrarum.
Dederunt humerum recedentem, et cervicem
suam induraverunt. et trad. 2. Esdr. 9.

Lectio II.

fecerunt sibi statuas et lucos in omni colle
altissimi, et subter omne lignum nemorosum:
et adolebant ibi incensum super aras in mo-
nitionem gentium, quas transulerat Dominus
facie eorum, feceruntque verba pessima
irritantes Dominum. Et coluerunt immun-
dicias, de quibus precepit eis Dominus, ne fa-
cerent verbum hoc. Et testificatus est Domi-
nus in Israel et in Juda, per manum omni-
um prophetarum et videntium, dicens:
Vestimini a viis vestris pessimis, et custodite
recepta mea et ceremonias, iuxta omnem
formam, quam precepi patribus vestris: et sicut
vixi ad vos in manu servorum meorum
prophetarum.

Dereliquerunt templum Domini Dei,
et abieceruntque eis prophetas, ut reverteren-
tur ad Dominum: et quos protestantes
non audire noluerunt. V. Vos semper spi-
ritui sancto resistitis, sicut patres vestri,
et vos: quem prophetarum non sunt per-
cussit patres vestri? et quos. 2. Cor. 24. ad. 7.

Lectio III.

qui non audierunt, sed induraverunt
cervicem suam iuxta cervicem patrum
eorum, qui noluerunt obedire Domino
Deo suo. Et abiecerunt legitima eius,
et pactum, quod pepigit cum patribus
eorum, et testificationes, quibus constabat

est eos: secuti que sunt vanitates, et uane
egerunt: et secuti sunt gentes, quo erant
per circuitum eorum super quibus proce-
perat Dominus eis, ut non facerent sicut
et illo faciebant. Et dereliquerunt om-
nia precepta Domini Dei sui: feceruntque
sibi conflatiles duos vitulos, et leuos, et
adorauerunt universam militiam caeli,
seruieruntque Baal.

Ex. Mittebat Dominus ad illos quotidie
commonens, eo quod parceret populo et
habituaculo suo; at illi parvi pendebant
sermones eius, & donec ascenderet furor
Domini in populum eius, et esset nulla
curatio. *V.* Subsanauerunt nuntios
Dei, illudebantque prophetis. & donec.
2. Paral. .36.

Lectio IV.

Consecraverunt filios suos et filias suas
per ignem, et divinationibus inserviebant
et auguriis: et tradiderunt se, ut facerent
malum coram Domino, ut iritarent eum.
Gratusque est Dominus vehementer Is-
raeli, et abstulit eos a conspectu suo,
et non remansit nisi tribus iuda tantum-
modo. Sed nec ipse iuda custodivit manda-
ta Domini Dei sui, uerum ambulavit
in erroribus Israel, quos operatus fuerat.
Proiecitque Dominus omne semen Israel,
et afflixit eos, et tradidit eos in manibus diri-
pientium, donec proiiceret eos a facie sua.

Ex. Non poenituit populus, et non receperunt
a peccatis suis: & usque dum eiectioni sunt de ter-
ra sua, et dispersi sunt in omnem terram: et f.
relicta est gens per pauca, et princeps in domo
David. *V.* quidam ipsorum fecerunt quod placeret
Deo; alii autem multa commiserunt peccata.
& usque. *V. gloria. f. relicta. Euli. 48.*

Ex libro sancti Cypriani episcopi et
Martiris de unitate ecclesie.

Lectio unitatem qui non tenet, tenere se
demeredit? qui ecclesie renititur et resi-
dit, in ecclesia se esse confidit? quando et
ceterus apostolus Paulus hoc idem docet,
et sacramentum unitatis offendit dicens:
num corpus et unus spiritus, una presvo-
tionis vestre, unus Dominus, una fides,
num baptisma, unus Deus: quam unita-
tem firmiter tenere et vindicare debemus.
Quo fraternitatem mendacis fallat, nemo
dei veritatem perfida prevaricatione
irumpat. Ecclesia Domini luce perfusa
et orbem totum radios suos porrigit;
cum tamen lumen est, quod ubique dif-
funditur, nec unitas corporis separatur:
fontes suos in uni versam terram copia uber-
tis extendit, profluentes largita rivos
suis expandit: unum tamen caput est,
origo una, et una mater fecunditatis suc-
cibus copiosa.

Et fecit Ezechias quod placuit Deo, et
vixit in via David patris sui, quam
mandavit illi Isaias propheta magnus et
delis in conspectu Dei. Operatus est bonum
rectum et verum coram Domino, volens re-
virere Deum suum in toto corde suo. et scribit.
li. 48. 2. Paral. 31.

Lectio VI.

Quis lacte nascimur, illius lacte nutriamur,
in cuius anima mur. Anulorari non potest
crista Christi, incorrupta est et pudica: unam
mum novit. Hoc nos deo servat, hoc filios regno
nos generavit, et signat. quis quis ab ecclesia segre-
gatus, aut vera iungitur, a promissis ecclesie se-
ratur: nec pervenit ad Christi premia, qui

relinquit ecclesiam Christi: alienus est, profanus est,
hostis est. Habere iam non potest Deum patrem,
qui ecclesiam non habet matrem. Si potuit
evadere quis piam qui extra arcam obse fuit,
et qui extra ecclesiam foris fuerit evadet.
Non est Dominus et dicit: qui non est mecum,
adversus me est, et qui non colligit mecum,
spargit. Qui pacem Christi et concordiam sum-
pit, adversus Christum facit. qui unitatem
non tenet, Dei legem non tenet, non tenet Patris
et filii fidem, et veritatem non tenet ad sa-
lutem.

¶ Dixit Eszechias ad sacerdotes et levitas: *
Sanctificamini, mundate domum Domini,
et auferite omnem immunditiam de sanctuario.
¶ Filii mei, nolite negligere; vos elegit
Dominus, ut steteris coram eo, et ministraretis
illi. * Sanctificamini. 2. Paral. 29.

Lection VII.

Malum hoc, dilectissimi fratres, iam pridem
ceperat, sed nunc crevit eiusdem mali infesta
clades, et exurgere ac pullulare plus copit
heretica perversitas et schismatum vene-
nata perniciēs; quia sic in oraculo mundi
fieri oportebat, pronuntiante per aposto-
lum nobis et promonente Spiritu sancto:
in novissimis, inquit, diebus advenit
tempora molesta, et erunt homines sibi
placentes, superbi, tumidi, cupidi, blasphe-
mi, voluptates magis quam Deum diligentes,
habentes deformationem religionis, in-
victam autem eius abnegantes: homines
corrupti sensu, reprobi circa fidem. Adim-
plentur, quocumque prodita sunt, et ad propin-
quantem iam seculi finem, hominum pariter ac
temporum probatione venerunt. Magis ac magis
adversario serviente error fallit, extollit super-
bior invidit, cupiditas exacerbat, depravat impietas,
superbia inflat, discordia exasperat, ira precipitat.

Scriptis Ezechias ad omnem Israel et dicitur:
cum Israel revertimini ad Dominum, et
veritatur a vobis ira furoris eius: & pius enim
clemens est Dominus Deus vester. V. obdite
durare cervices vestras: tradite manus
vobis, et non avertet faciem suam a vobis.
c. 2. Barol. 5.

Lectio VIII.

ut tamen nos moveat aut turbet multorum
inimicitia et abrupta perfidia, sed potius fidem
nostram pronuntiantem rei veritate corroborat.
Quidam tales esse ceperunt, quia hoc ante
vidit: ita ceteri fratres ab eius modi
verant, quia et hoc ante prodita sunt.
perfidus est talis atque fugiendus, quisquis
ecclesia fuerit separatus. an esse sibi cum
illo videtur, qui adversus sacerdotes Christi.
N. qui se a clero eius et plebis societate
erunt? arma ille contra ecclesiam portat,
sua Dei dispensationem repugnat: hostis
saris, adversus sacrificium Christi rebellis,
o fide perfidus, pro religione sacrilegus,
obsequens servus, filius impius, frater
inimicus, contemptis episcopis et Dei sacer-
dotibus derelictis consistere audeat aliud
habere, Dominico hostio veritatem per falsa
sacrificia profanare; nec dignatur scire, quo-
modo qui contra ordinationem Dei niti-
tur, ob temeritatis audaciam divina ani-
adversione punitur.

et non iuxta beneficia, quo auferat
Ezechias, retribuit, quia elevatum est cor
eius; et facta est contra eum ira, et con-
tra Judam et Jerusalem: & humiliatus
est populus, et idcirco non venit super eos ira
diebus Ezechias. 29. In legatione principum
abylonis dereliquit eum Deus, ut tentaretur,
et nota fierent, quo erant in corde eius. & hu-
miliatus. 2. Barol. 52.

Incipit Epistola prima beati Pauli
Apostoli ad Timotheum. cap. i.

Paulus Apostolus Jesu Christi secundum impe-
rium Salvatoris nostri et Christi Jesu spei no-
stro: Timotheo dilecto filio in fide, gratia,
misericordia et pax a Deo patre, et Christo Jesu
Domino nostro. Sicut rogavi te submaneres
Ephesi, cum irem in Macedoniam, subdenun-
tiales quibusdam, ne aliter docerent, neque
intenderent fabulis et genealogiis interminatis:
quo quæstiones profantæ magis, quam edifi-
cationem Dei, quæ est in fide. Finis autem
precepti est charitas de corde puro et consien-
tia bona et fide non ficta: a quibus quidam
aberrantes conversi sunt in vaniloquium,
volentes esse legis doctores, non intelligentes,
neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.

¶ Manasses seduxit habitatores Jerusa-
lem, ut facerent malum: & idcirco superindu-
xit eis Dominus principes regis Aegyptiorum,
ceperuntque Manasson, et vinculum duxerunt
in Babylonem. V. Locutus est Dominus ad
eum et ad populum illius, et attendere no-
luerunt. & idcirco. 2. Paral. 33.

Scimus autem, quia bona est lex, si quis ea
legitime utatur: sciens hoc, quia lex iusto
non est posita, sed iniustis et non subditis,
impiis et peccatoribus, parricidis et matricidis,
homicidis, fornicariis, masculorum concubi-
toribus, plagiaris, mendacibus et periculis,
At si quid aliud sano doctriæ adversatur, quod
est secundum evangelium gloriæ beati Dei,
quod creditum est mihi. Gratias ago ei, qui me
confortavit, Christo Jesu Domino nostro, quia
fidelem me existimavit, ponens in ministe-
rio: qui prius blasphemus fui, et persecutor,

contumeliosus: sed misericordiam Dei confes-
sus sum, quia ignorans factus in incredulitate.
per abundavit autem gratia Domini nostri
in fide et dilectione, quae est in Christo Jesu.

Postquam coangustatus est Manafes, et
audivit Dominum, et egit poenitentiam valde
tam Deo: et exaudivit orationem eius, re-
xitque eum in regnum suum. *1. 2. quo secun-*
um Deum tristitia est, poenitentiam in salu-
tem stabilem operatur. et oravit. 2. barab. 33.

Cor. 7. Lectio XI.

Delis sermo et omni acceptione dignus, quod
Christus Jesus venit in hunc mundum pecca-
res salvos facere, quorum primus ego sum:
ideo misericordiam consecutus sum, ut in
primo ostenderet Christus Jesus omnem
dilectionem ad informationem eorum, qui
daturi sunt illi, in vitam aeternam. Regi-
nem seculorum immortalis, invisibilis, soli
honor et gloria in secula seculorum, amen.
et preceptum commendo tibi, fili Timothee,
secundum procedentes in te prophetias, ut
siles in illis bonam militiam, quam quidem
reluctantes, circa fidem naufragaverunt: ex
quibus est Hymeneus et Alexander, quos tradidi
Satan, ut discant non blasphemare.

Memoria Josue in omni ore quasi mel;
se est directus divinitus in poenitentiam
multis, et tulit abominaciones impietatis.
Gubernavit ad Dominum cor ipsius,
in diebus peccatorum corroboravit pie-
dem. et *et. Euli. 49.*

Lectio XII. cap. 2.

Obsecro igitur primum omnium fieri
obsecrationes, orationes, postulaciones,
preces, et actiones, pro omnibus homi-
nibus: pro regibus, et omnibus qui in
sublimitate sunt, ut quietam et tranquillam

vitam agamus, in omni pietate et charitate, hoc enim bonum est et acceptum coram Salvatore nostro Deo, qui omnes homines vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire. Unus enim Deus, unus et mediator Dei et hominum homo Christus Jesus: qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, testimonium temporibus suis; in quo posuit sum ego predicator et apostolus, veritatem dico, non mentior, doctor gentium in fide et veritate.

Pr. pro Dominica. Seraphim clamabant aeter ad aeternum: * Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum: † plena est omnis terra gloria eius. V. Tres sunt, qui testimonium dant in caelo, Pater, Verbum et Spiritus sanctus: At hi tres unum sunt. * Sanctus. V. gloria. † plena. ff. 6. i. Joan. 5.

Pr. infra hebdomadam. Reliquerunt legem Aetipini reges Iuda, et contempserunt timorem Dei: * Dederunt regnum suum aliis, et gloriam suam alienigens genti. V. Praeter David, et Ezechiam et Josiam, omnes peccatum commiserunt. * Dederunt. V. gloria. * Dederunt. Euli. 49.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Lucam. cap. 16.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam erat dives, qui habebat villicum: et huius diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius. Et vocavit illum, et ait illi: quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuae: iam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra se: quid faciam, quia Dominus meus auferet a me villicationem? fodere non valeo, mendicare erubescio. Scio quid faciam, ut cum amarus fuero a villicatione,

recipiant me in domos suas. Convocatis itaque singulis creditoribus domini sui dicebat primo: quantum debes domino meo? At ille dixit: centum eados olei. Dixitque illi: accipe cautionem tuam, et sede cito, scribe unguaginta. Deinde alii dixit: tu vero quantum debes? qui ait: centum eoros tritici. Ait illi: accipe litteras tuas, et scribe octoginta. Et laudavit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filii eius seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. Et ego dico vobis: facite vobis amicos de mammona iniquitatis: cum defeceritis, recipiant vos in eterna tabernacula.

Respond. ant. Laudavit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: & quia filii huius seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. Luc. 16.

Volunt. ant. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: & ut cum defeceritis, recipiant vos in eterna tabernacula. Luc. 16.

Feria II.

Lectio I.

De libro quarto Regum. cap. 18. 19.

Et Ezechias quod erat rectum coram domino iuxta omnia, quae fecerat David pater eius. In domino deo israel speravit. Itaque ostium non fuit similis ei de cunctis regibus iuda, sed neque in his, qui ante eum fuerunt. Et adhesit domino, et non recepit a vestigiis eius, fecitque mandata eius, quae praecoperat dominus Moysi. Unde et erat dominus cum eo. Et in cunctis, ad quae procedebat, sapienter se agebat. * Misit autem rex Assyriorum Sardanapalum, et Rabsharis, et Rabfacem de Ladis ad regem Ezechiam cum manu valida

Gerusalem. Et misit nuntios ad Ezechiam
 dicens: hoc dicite Ezechio regi iuda: non
 te seducat Deus tuus, in quo habes fiduciam,
 neque dicas: non tradetur Gerusalem in ma-
 nus Assyriorum. Tu enim ipse audisti,
 quo fecerunt reges Assyriorum universis
 terris, quomodo vastaverunt eas: num
 ergo solus poteris liberari? ¶ Inque cum
 accepisset Ezechias de manu nuntiorum,
 et legisset eas, ascendit in domum Domini,
 et expandit eas coram Domino, et oravit
 in conspectu eius dicens: Domine Deus Is-
 rael, qui sedes super cherubim, tu es Deus
 solus regum omnium terrarum: tu fecisti
 coelum et terram. Inclina aurem tuam, et
 audi: operi Domine oculos tuos, et vide: audi
 omnia verba Sennacherib, qui misit ut ex-
 probraret nobis Deum viventem. ¶ Vere
 Domine dissipaverunt reges Assyriorum gen-
 tes et terras omnium. Et miserunt deos eo-
 rum in ignem: non enim ~~cederant~~ dii, sed
 opera manuum hominum ex ligno et lapide,
 et perdidit eos. Nunc igitur Domine Deus
 noster, salvos nos fac de manu eius, ut sci-
 ant omnia regna terrarum, quia tu es Dominus
 Deus solus. Factum est igitur in nocte
 illa, venit angelus Domini, et percussit
 in castris Assyriorum centum octoginta
 quinque millia. Cumque diluculo sur-
 rexisset, vidit omnia corpora mortuorum:
 et recedens abiit, et reversus est Sennache-
 rib rex Assyriorum, et mansit in Babilone.
 R. P. Duo priora ex II. et oct. Dom.
 precedentis.

Leitio II.

Ex libro sancti Cyrilli alexandriini
 de rebus fidei.

Postquam Rabfates universam Iudeo-
nam provinciam propemodum occupasset,
Ierusalemque unacum ipsa hostiliter
populatus esset, copiis innumerabilibus
opatus ipsam quoque Hierosolymam adori-
molicabatur. Nec hoc contentus, contra
venerandam Dei maiestatem petulantia
eoque insurgens, maledictas in Deum voces
torquere non dubitavit. cum ergo accipif-
sent, qui insanos illius conatus verbaque
eji denuntiarent, ille convitia in Deum
chora agerrime ferens, eaque, si diffi-
cularentur, capiendis civitatis causam
se posse, pie prudenterque considerans,
se nihilominus ab illo blasphemiarum
cum crimine exsolvere percipiens,
repente conscisa veste in domum Dei
scendit, suppliciter in Divino obsecran-
s. Et quid illo studio promovit? illud
mirum, quod virtutum Dominam be-
nignum propitiumque sibi reddidit: quan-
quidem non frenatis et ad pugnam in-
rudis equis, non sagittarum dexteritate,
Dei auxiliis usus munibusque Assyrios
bellavit, unaque nocte omnem illorum
exercitum delevit. Hi pietatis sunt fructus;
et eorum, qui blasphemias in Deum voces
in ferunt, merces.

Feria III.

Lectio I.

De libro quarto Regum. cap. 20.

In diebus illis aegrotavit Ezechias usque
ad mortem: et venit ad eum Isaias fi-
lius Amos propheta, dixitque ei: hoc
dicit Dominus Deus: praecepe domui tuae;

morieris enim tu, et non viues. qui conuertit
 faciem suam ad parietem, et orauit Domi-
 num dicens: obsecro Domine memento
 quos, quomodo ambulauerim coram te in
 veritate et in corde perfecto, et quod placi-
 tum est coram te fecerim. Fleuit itaque
 Ezechias fleu magno. * Et antequam
 egrederebatur Isaias mediam partem atri-
 j, factus est sermo Domini ad eum dicens: re-
 uertere, et dicit Ezechias duci populi mei:
 haec dicit Dominus Deus David patris tui:
 audiui orationem tuam, et vidi lacry-
 mas tuas: et ecce sanavi te, die tertio
 ascendes templum Domini, et addam
 diebus tuis quindecim annos. ¶ Sed et
 de manu regis assyriorum liberabo te et
 ciuitatem hanc, et protegam urbem istam
 propter me et propter David seruum meum.
 Dixitque Isaias: afferre mapam ficorum.
 quam cum attulissent, et posuissent
 super ulcus eius, curatus est. Dixit autem
 Ezechias ad Isaiam: quod erit signum,
 quia Dominus me sanabit, et quia as-
 censurus sum die tertia templum Domini?
 * Cui ait Isaias: hoc erit signum a
 Domino, quod facturus sit Dominus ser-
 monem, quem locutus est: vis, ut ascendant
 umbra decem lineis, an ut revertatur
 totidem gradibus? Et ait Ezechias: fa-
 cile est, umbram crescere decem lineis:
 nec hoc volo ut fiat; sed ut revertatur re-
 trosum decem gradibus. Inuocauit ita-
 que Isaias propheta Dominum, et
 reduxit umbram per lineas, quibus iam
 rescenderat in horologio ahaq, retror-
 sum decem gradibus.

Reg. ex I. et humano Dominico precedentis.

Leclio II.

Ex catechesi sancti Cyrilli Hierosolymitani.

Catech. 2.

Vis cognoscere, quantum populi penitentia
 is robustissimum hoc salutis telum per-
 fectere, et quantum valeat confessio, ad dis-
 cre? Centum octoginta quinque hostium
 millia Ezechias per confessionem conficit.
 Ad hoc adhuc exiguum. Sententiam
 ei adversum se pronuntiata huiusmodi
 ex penitentiam revocavit. Agrotanti
 enim ipsi dixerat Isaias: morieris tu, et
 conives. quos iam reliqua expectatio?
 us spes salutis, dicente propheta: morieris
 nim tu? At non revocatus est a peniten-
 tia Ezechias, memor huius quod scriptum
 est: cum avertis in gemeris, tunc salva-
 eris. Avertit se ad parietem, mentemque
 lecto in caelum intendens ait: Domine
 amato mei: sufficit enim ad sanitatem
 viti, si tu mei memineris. Temporibus
 non subiacet, sed ipse es vito arbi-
 ter et legislator. Neque enim secundum geni-
 ram atque siderum complexionem,
 nonnulli delirant, vito nostro stat
 abio; sed tu et vitam et tempus vito tam-
 nam legislator pro voluntate moderaris.
 cuius itaque propter propheta denunti-
 ationem desperata vita erat, illi annorum
 nundecim tempus ad vitam prorogatum,
 ole signi gratia retrogresso.

Feria IV.

Lectio I.

De libro quarto Regum. cap. 20.

In tempore illo misit Berodach Bala-
 dan, filius Bala-
 dan, rex Babyloniorum, lib-
 eras et munera ad Ezechiam; audierat enim,
 quod agrotaret Ezechias. Latatus est autem
 in adventu eorum Ezechias, et ostendit eis

Domum aromatum, et aurum et argentum,
 et pigmenta varia, unguenta quoque et do-
 mum vasorum suorum, et omnia, quae ha-
 bere poterat in thesauris suis. et non fuit, quod
 non monstraret eis Ezechias in domo sua,
 et in omni potestate sua. * Venit autem
 Iffaias propheta ad regem Ezechiam, dixit-
 que ei: quid dixerunt viri isti? aut unde
 venerunt ad te? Cui ait Ezechias: de ter-
 ra longinqua venerunt ad me, de Baby-
 lone. At ille respondit: quid viderunt in
 domo tua? ait Ezechias: omnia, quaecumque
 sunt in domo mea, viderunt: nihil est,
 quod non monstraverim eis in thesauris
 meis. 9. Dixit itaque Iffaias Ezechia:
 audi sermonem Domini: ecce dies venient,
 et auferentur omnia, quae sunt in domo
 tua, et quae condiderunt patres tui usque
 in diem hanc, in Babylonem: non rema-
 nebit quidquam, ait Dominus. Sed et de fi-
 liis tuis, qui egredientur ex te, quos gene-
 rabis, tollent, et erunt eunuchi in palatio
 regis Babylonis. * Dixit Ezechias ad
 Iffaiam: bonus sermo Domini, quem lo-
 culus es: fit pax et veritas in diebus meis.
 Dormivitque Ezechias cum patribus suis,
 et regnavit Manasses filius eius pro eo.
 Feitque malum in conspectu Domini iuxta
 iudicia gentium, quas delevit Dominus a
 facie filiorum Israel.

R. R. Duo posteriora ex II. vol. Tom. preced.

Lectio II.

Ex libro Moralium sancti Gregorii Papae.

l. 8. cap. 48.

In eo, quod bona sua pate faciunt (Chyro crito),
 ostendunt malignis spiritibus, quasi infidi-
 antibus hostibus, quo procedunt. quorum
 profecto villam illa cunctis notissima Ezechia

opa figuravit, qui postquam una prece, et
 ob unius noctis spatium, centum octoginta quin-
 ce millia hostium angelo feriente prostravit,
 postquam ovas sui proximum ad altiora caeli
 latia solem reduxit, postquam vitam propin-
 quante iam termino coarctatam in tempora
 longiora protulavit, susceptis Babyloniae re-
 gis nuntiis bona omnia, quae possidebat,
 stetit: sed propheta voce protinus audiuit:
 ecce dies venient, et auferentur omnia, quae
 in domo tua sunt, in Babylonem: non relin-
 uetur quidquam, dicit Dominus. Si si nimi-
 um hypocrita, postquam magnis virtutibus
 crescant, quia cavere malignorum spirituum
 insidias negligunt, et celari in eisdem viruti-
 bus nolunt, bona sua ostendendo, hostium
 rapiunt; et prudentes subito amittunt, quidquid
 iustus studeat operantur. Hinc per Sal-
 mone dicitur: tradidit in captivitatem
 virtutes eorum, et pulchritudines eorum in
 manus inimici. Virtus quippe et pulchritudo
 arroganti in inimici manibus traditur:
 nam omne bonum, quod per concupiscentiam
 cordis ostenditur, occulti adversarii iuri manci-
 patur. Hostes namque ad rapinam provocat,
 in suas eorum nobilitate ~~et~~ divitias denudat.
 Quousque enim ab aeterno patria securitate
 desinimus, per latronum insidiantium iter
 ambulamus. qui ergo in itinere depreddari
 timet, abscondat necesse est bona, quae por-
 tat.

Teria V.

Leviticus I.

De libro secundo Paralipomenon. cap. 33.
 Manasses seduxit Judam et habitato-
 res Ierusalem, ut facerent malum super
 omnes gentes, quas subverberat Dominus
 facie filiarum Israel. Locutusque est
 Dominus ad eum, et ad populum illius, et ait:

noluerunt. Quia super induxit eis principes
 exercitus regis assyriorum: ceperuntque Ma-
 nassen, et vinculum catenis atque compedibus
 duxerunt in Babylonem. * qui postquam
 angustatus est, oravit Dominum Deum suum:
 et egit poenitentiam valde coram Deo patrum
 suorum. Deprecatusque est eum, et observavit
 iudicium: et exaudivit orationem eius, re-
 duxitque eum Jerusalem in regnum suum:
 et cognovit Manasses, quod Dominus ipse esset
 Deus. 9. Post hoc abstulit deos alienos
 et simulacrum de domo Domini: aras quoque,
 quas fecerat in monte domus Domini et in
 Jerusalem, et proiecit omnia extra urbem.
 Porro instauravit altare Domini, et im-
 molavit super illud victimas, et pacifica et
 laudem: precepitque iude, ut serviret Do-
 mino Deo Israel. Attamen adhuc populus
 immolabat in excelsis Domino Deo suo. *
 Dormivit ergo Manasses cum patribus suis,
 et sepelierunt eum in domo sua, regnavitque
 pro eo filius eius Ammon. Fecitque malum
 in conspectu Domini sicut fecerat Manasses
 pater eius: et cum idis idolis, que Manasses
 fuerat fabricatus, immolavit atque servi-
 vit. Et non est reveritus faciem Domini,
 sicut reveritus est Manasses pater eius: et
 multo maiora deliquit.

¶ Duo priora ex III. verb. Dom. proced.

Lectio II.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

adhort. j. ad Theod.

Huius modi est Dei erga homines clementia:
 numquam averfatur sinceram poenitentiam;
 sed etiamsi quis in extremum in probitatis
 perhigerit, et hinc ad virtutis viam redire vo-
 luerit, ipsum suscipit et amplexatur, nihilque

non agit, ut eum in pristinum statum re-
 stituat: quodque maioris est clementie, et si
 quis non integram poenitentiam exhibeat,
 veniam tamen illam et ad modicum exhibi-
 tum non abnuat, sed magnam huius mercedem
 tribuit. Testis autem nobis erit Manasses, qui
 omnes in sania superavit, atque tyrannice
 regalem everit cultum, templum clausit,
 idolorum errorem florescere fecit, omniumque,
 qui ante fuerant, impius impius fuit: cum
 postea resipisceret, relatus est in numerum
 micorum Dei. Si autem conspecta iniqui-
 tatum suarum magnitudine de reditu ac
 emutatione desperasset, omnibus certe,
 quo postea consecutus est, excidisset. tunc
 utem non ad molem peccatorum suorum,
 sed ad immensam Dei commiserationem
 efficiens, disruptis diaboli vinculis surrexit
 et revertavit, bonumque cursum consum-
 mavit.

Feria VI.

Lectio I.

De libro secundo Paralipomenon. cap. 34.
 Iosias quod erat rectum in conspectu do-
 mini, et ambulavit in viis David patris
 sui: non declinavit neque ad dexteram neque
 ad sinistram. Octavo autem anno regni sui,
 cum adhuc esset puer, cepit querere Deum
 patris sui: et duodecimo anno, post-
 quam regnare ceperat, mundavit fidam
 Iherosalem ab excelsis et lucis, simulacrisque
 sculptilibus. Destruxeruntque coram eo
 aras Baalim: et simulacra, que superposita
 fuerant, demoliti sunt. * Reperit Hel-
 ias sacerdos librum legis Domini per ma-
 num e Neusi: quem cum rege presente
 recitasset, audissetque ille verba legis,
 cecidit vestimenta sua, dicens: Ne et orate

Dominum pro me, et pro reliquijs Israel
 et Juda, super uniuersis sermonibus libri
 istius, qui repertus est: magnus enim
 furor Domini stillavit super nos, eo quod
 non custodierunt patres nostri uerba Domi-
 ni, ut facerent omnia, quae scripta sunt
 in isto volumine. ¶ Abiit ergo Helcias,
 et hi qui simul a rege missi fuerant, ad
 Oldam prophetidem, et locuti sunt ei uerba,
 quae supra narrauimus. At illa respondit
 eis: haec dicit Dominus Deus Israel: dicite
 viro, qui misit uos ad me: haec dicit Domi-
 nus: ecce ego inducam mala super locum
 istum, et super habitatores eius, cunctaque
 maledicta, quae scripta sunt in libro hoc, quon-
 legerunt coram rege Juda. quia derelique-
 runt me, et sacrificauerunt dijs alienis,
 ut me ad iracundiam provocarent in cunctis
 operibus manuum suarum: idcirco stil-
 labit furor meus super locum istum, et
 non relinquetur. * Ad regem autem
 Juda, qui misit uos pro Domino deprecando,
 sic loquimini: haec dicit Dominus Deus
 Israel: quoniam audisti uerba voluminis
 atque emollium est cor tuum, et humili-
 bus es in conspectu Dei super his, quae
 dicta sunt contra locum hunc et habitato-
 res Ierusalem, reuerentibusque faciem meam
 scidisti uerba tua, et fleuisti coram me,
 ego quoque exaudiui te, dicit Dominus. Jam
 enim colligam te ad patres tuos, et infereris
 in sepulcrum tuum in pace: nec uidebunt
 oculi tui omne malum, quod ego inducu-
 rus sum super locum istum, et super habitato-
 res eius.

RR. Duo posteriora ex III. uol. Tom. preced.

Lectio II.

Ex libro sancti Cyrilli Alexandrini
 de recta fide.

ad eximia in Deum pietas in concussum
 que dignitas fundamentum existat, ex
 vera Divinaque scriptura (psalm. 111).
 plurimi citra controversiam retroactis tem-
 poribus existere, qui quosdam provinciam
 administrarunt, regni que eius gubernacula
 administrarunt, sed forte et funtibus dissimili.
 tam quod quos ex illis cultu et observantia,
 non Deo debentur, impie contentis, legibusque
 arbitrio administris pro nihilo ductis, suo
 spiritui, suisque libidinibus libere indulgen-
 tiam esse putaverunt; omnes hi mali et mi-
 ri male misereque perierunt. Contra vero,
 utique se pios in illum declararunt,
 utique illi placitura credebant, omni ope pro-
 curare elaborarunt, citra sudorem ac pulve-
 rem hoste devicto debellatoque triumphum
 ceciderunt. Eius modi inter ceteros fuit Josias
 rex, qui idolorum cultoribus, unacum ipsis
 cubis et aris incensis, incantationibusque
 falsis Divinationibus omnibus e medio
 ablati, ac inanibus demoniaco imposturo
 divitiis profligatis, regnum appime
 oblitatum, summaque apud veteres et
 recentiores omnes, qui ea, quibus divina
 mens oblectatur, colere didicerunt, laude
 admiratione dignum reliquit.

Sabbato.

Lectio I.

De libro secundo Paralipomenon. cap. 36.
 Eius Sedecias malum in oculis Domini
 in seipso, nec erubuit faciem Jeremiae prophete-
 e, loquentis ad se ex ore Domini. A rege
 quoque Sabuchodonosor recepit, qui adiura-
 verat eum per Deum, et iuravit cervicem
 suam et corpus non reverteretur ad Dominum
 Iherusalem. Sed et universi principes sacer-
 dotum, et populus provaricati sunt inique
 omnia universas abominaciones gentium,

et polluerunt domum Domini, quam
 sanctificaverat sibi in Jerusalem. & Mit-
 tebat autem Dominus Deus patrum suo-
 rum ad illos per manum nuntiorum suorum,
 de nocte confurgens, et quotidie commo-
 nens, eo quod parceret populo et habitaculo suo. At illi subsannabant nuntios
 Dei, et parvipendebant sermones eius, illu-
 debantque prophetis: donec ascenderet fu-
 rorem Domini in populum eius, et esset nulla
 curatio. 9. Adduxit enim super eos regem
 Chaldeorum, et interfecit iuvenes eorum
 gladio in domo sanctuarii sui: non est mi-
 seratus adolescentis, et virginis et senis, nec
 decerpiti quidem, sed omnes tradidit in
 manibus eius. Universaque vasa domus
 Domini tam maiora quam minora, et
 thesauros templi, et regis, et principum,
 transtulit in Babylonem. & Incenderunt
 hostes domum Dei, destruxeruntque mu-
 rum Jerusalem, universas turres combuf-
 serunt, et quidquid pretiosum fuerat, demo-
 liti sunt. Si quis evaserat gladium, ductus
 in Babylonem servivit regi et filiis eius,
 donec imperaret rex Borsarum, et comple-
 tur sermo Domini ex ore Jeremio, et cele-
 braret terra sabbata sua: cum bis enim diebus
 desolationis egit sabbatum, usque dum com-
 plerentur septuaginta anni.

Ex I. nocturno Dominicae precedentis.

Lectio II.

Ex libro sancti Augustini Episcopi

De civitate Dei. l. 17. cap. 28.

In regno Iuda pertinente ad Jerusalem,
 etiam succedentium regum temporibus non
 defuerunt prophetae, sicut Deo placebat
 eos mittere vel ad pronuntiandum quod
 opus erat, vel ad corripienda peccata, pre-
 cipueque iustitiam. Nam et illic,
 etsi longe minus quam in Israel, tamen

stiterunt reges, qui suis impietatibus
 cum graviter offenderent, et moderatis fla-
 ellis cum populo simili plecterentur. Pro-
 um sane regum merita ibi non parva
 videntur. In Israel autem reges alios magis,
 alios minus, omnes tamen reprobos legimus.
 Itaque igitur pars, sicut iubebat Divina
 providentia vel sinebat, variis et erigebatur
 prosperitatibus, et adversitatibus premebatur.
 Ibi affligebatur non solum externis, verum
 etiam inter se civilibus bellis, ut certis ex-
 stentibus causis misericordia Dei vel ira
 descenderet; donec eius indignatione exeres-
 cante, universa gens illa a Chaldeis debellan-
 tibus non solum subverteretur in sedibus
 suis, sed etiam ex maxima sui parte trans-
 verteretur in terras asyriorum, prius illa
 pars, quae vocabatur Israel in tribubus de-
 mi; postea vero etiam Judas, eversa Jeru-
 salem et templo illo nobilissimo: in qui-
 bus locis per annos septuaginta captivum
 est otium.

Ad Vesperas Duplex.

De Magnif. ant. Reducam captivita-
 tem vestram, et congregabo vos de uni-
 versis gentibus, et de cunctis locis, ad quo-
 spulsi vos, dicit Dominus. Jer. 29.

Oratio Par. Greg.

Pateant aures misericordiae tuae, Domine,
 precibus supplicantium: et ut petentibus
 desiderata concedas; fac eos, quae tibi sunt
 placita, postulare. Per Dominum.

Dominica IX. post Pentecosten.

Duplex maius. jz. les.

In I. nocturno.

Leviticus I.

Incipit liber primus Esdrae. cap. i.
 In anno primo Cyri regis Persarum, ut
 compleretur verbum Domini ex ore Jere-
 mis, suscitavit Dominus spiritum Cyri
 regis Persarum: et traduxit vocem in om-
 ni regno suo, et per scripturam, dicens:
 Hoc dicit Cyrus rex Persarum: omnia
 regna terre dedit mihi Dominus Deus
 caeli, et ipse praecepit mihi, ut edificarem
 ei domum in Jerusalem, quo est in Judaea.
 quis est in vobis de universo populo eius?
 Sit Deus illius cum ipso. Ascendat in Jeru-
 salem, quo est in Judaea, et edificent domum
 Domini Dei Israel; ipse est Deus, qui est in
 Jerusalem. Et omnes reliqui in cunctis
 locis, ubicumque habitant, adinventum
 viri de loco suo, argento et auro, et substan-
 tia, et pecoribus, excepto quod voluntarie
 offerunt templo Dei, quod est in Jerusalem.
 R. Cum ceperint impleri in Babylone
 septuaginta anni, visitabo vos, et sus-
 citabo super vos verbum bonum: et
 reducam captivitatem vestram de
 universis gentibus. R. Crabitis me, et
 ego exaudiam vos: quarebitis me, et inve-
 niatis. & est. Jer. 29.

Lectio II.

Et surrexerunt principes patrum de
 Juda et Benjamin, et sacerdotes et leviti,
 et omnis, cuius Deus suscitavit spiritum,
 ut ascenderent ad edificandum templum
 Domini, quod erat in Jerusalem. Univer-
 sique qui erant in circuitu, adjuverunt
 manus illorum in vasis argenteis et
 aureis, in substantia et iumentis, in
 suppellectili; exceptis his, qui sponte
 obdulerant. Rex quoque Cyrus pro-
 tulit vasa templi Domini, quae tulerat

tabernaculo de Jerusalem, et profuerat
in templo dei sui.

Ego Dominus, qui dico Cyro: pastor
neus es, et omnem voluntatem meam
implebis: & ego suscitavi eum, et captivi-
tatem meam dimittet, non in pretio ne-
ce in munere. *R.* Omnes vias eius
dirigam: ipse edificabit civitatem meam.
Ego. *Isa. 44. 45.*

Leviticus III. cap. 5.

Tamque venerat mensis septimus, et erant
filii Israel in civitatibus suis: congrega-
tus est ergo populus quasi vir unus in Je-
rusalem. Et surrexit Josue filius Josedeec,
et fratres eius sacerdotes, et Zorobabel fi-
lius Salathiel, et fratres eius: et edifica-
verunt altare Dei Israel, ut offerrent in eo
holocausta, sicut scriptum est in lege
Mosis viri Dei. collocaverunt autem
altare Dei super bases suas, de terreatibus
et per circuitum populis terrarum; et
obularunt super illud holocaustum Do-
mino mane et vespere. Feeceruntque so-
lennitatem tabernaculorum, sicut scrip-
tum est: et holocaustum diebus singulis
per ordinem secundum proceptum opus
diei in die suo. Et post hoc holocaustum
iunge, tam in calendis, quam in universis
solemnitatibus Domini, que erant con-
secrata; et in omnibus, in quibus ultro
offerebatur munus Domino.

R. Deus meus delicta nostra creverunt
usque ad coelum: & peccavimus graviter,
et iniquitatibus nostris traditi sumus
in captivitatem et in confusionem. *R.* Tri-
bulatio et angustia in omnem animam
hominis operantis malum. & peccavimus.
i. Epist. q. Rom. 2.

Fundato igitur a commentariis templo Do-
mini, steterunt sacerdotes in ornatu suo
cum tubis, et Levites filii asaph in cymbelis,
ut laudarent Deum per manus David regis
Israel. Et concinebant in hymnis, et confes-
sione Domino: quoniam bonus, quoniam
in eternum misericordia eius super Israel.
Omnis quoque populus vociferabatur da-
more magno in laudando Dominum, eo quod
fundatum esset templum Domini. Multi-
mi etiam de sacerdotibus et Levitis, et prin-
cipes patrum et seniores, qui viderant tem-
plum prius cum fundatum esset, et hoc
templum in oculis eorum, flebant voce
magna: et multi vociferantes in letitia,
elevabant vocem.

R. Ose paucas Israel; non te faciam in
consummationem: sed et castigabo te in
iudicio, ut non videaris tibi innoxius. V.
Quid clamas super contributione tua? prop-
ter dura peccata tua hoc feci tibi. et castig.
V. gloria. et castig. Jer. 5.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Sermo sancti Augustini episcopi.

Epist. 95. ad Vincent. n. 51 f.

Non displicet ecclesie mansuetudo, que
membra Christi dispersa colligit, non col-
lecta dispergit: quamquam et illi, qui
firmissimi fuerunt, et verbo hereticorum
insidiosa intelligere poterant, pauci qui-
dem in comparatione ceterorum sed tamen
etiam ipsi quidam profunde fortiter ocu-
labant, quoniam toto orbe latitabant.
Ac si ecclesia, que per omnes gentes
crescit, in frumentis dominicis conserva-
ta est, et usque in finem, donec omnino
gentes omnes, etiam barbaras teneat,

vel V. Multo tempore non sincere pseudo-
ribus ex sententia agere, sed statim ut
nos adhibere, magni beneficii est iudicium
et castig. 2. et Nach. 6.

in sero abitur. ipsa est enim ecclesia in bono
vine, quod seminavit filius hominis, et
que ad messem crescere in terra zizania, pro-
mittitur. Ager autem mundus est, mes-
sibus est seculi.

¶. Euc dies veniunt, dicit Dominus, et
convertem conversionem populi mei, et
edificabitur civitas in excelsis suis, et tem-
plum iuxta ordinem suum fundabitur.

¶. Revertar ad Jerusalem in misericordia,
et domus mea edificabitur in ea. et edific.

Jer. 30. Zach. j. Lectio VI.

Itaque et totus mundus in maligno posi-
tus est propter zizania, quo sunt per totum
mundum: et Christus propitiator est peccato-
rum nostrorum, non tantum nostrorum sed
totius mundi, propter iudicium, quod est
per totum mundum. Refrigescit autem

caritas multorum propter scandalorum
abundantiam, quanto magis magis que
sacrificatio Christi nomine congregantur
in communionem sacramentorum eius
hominum maligni, et perseveranter omni no-
verfi: sed tamen tamquam palca de arca
ominica non nisi ultiima ventilacione
parandi.

¶. Num quid tempus vobis est, ut habitetis
in domibus laqueatis, et domus ista deserta? et
ascendite in montem, et edificate domum,
et acceptabilis mihi erit. ¶. Populus iste
dicit: nondum venit tempus domus Domini
edificando. et ascendite. Agg. j.

Lectio VII.

Non extinguunt isti frumenta Domini
in eorum quidem comparatione pau-
ca, sed multa per se ipsa; non extinguunt
electos Dei, congregandos in fine seculi,
sicut Evangelium loquitur, a quatuor

ventis, a summis coelorum usque ad ter-
minos eorum. Propter abundantiam
(autem) iniquitatis, quam Dominus futu-
ram esse prœdixit, etiam illud profutum est:
Cum venerit Filius hominis, pulas inve-
niet fidem in terra? Dubitatio enim cuncta
Scientis nostram in illo dubitationem pro-
figuravit, quando ecclesia ex multis, de
quibus multum speravit, sepe decepta,
quod aliter, quam credebantur, inventi
sunt, sic perverbat in suis, ut de nullo
facile boni aliquid velit credere. Ipsa ta-
men, quorum inventurus est fidem in
terra, per totum agrum cum Byzaniis
crescere, dubitare fas non est.

R. Confortare omnis populus terre, dicit
Dominus exercituum, et facite, quoniam
ego vobiscum sum: & magna erit gloria do-
mus istius novissimo plus quam primo,
et in loco isto dabo pacem. *V.* Veniet de-
sideratus gentibus, et implebo domum
istam gloria & magna. *Agg. 2.*

Leitio VIII.

Ipsa est ergo ecclesia, quae intra lagenam
dominicam cum malis piscibus natat,
a quibus corde semper et moribus separa-
tur atque discedit, ut exhibeatur viro suo
gloriosa, non habens maculam neque
rugam. Corporalem autem separationem
in litore maris, hoc est, in fine seculi ex-
spectat, corrigens quos potest, tolerans
quos corrigere non potest: non tamen
propter eorum, quos non corrigit, ini-
quitatem, ipsa honorum deserit unita-
tem. et neque apostolis concepit Dominus,
ut ante tempus Byzania colligerent; aut

inquam ipsis paleam ferre et aream pur-
re conceptum sit, paleas conarentur a tri-
co separare: quod unum quemque peccatis
suis maculari non posse monstravit: quam
hi omnes impio seditionis auctores solam
viam separationis apumunt.

Hoc est verbum Domini ad Zorobabel
reus: * non in exercitu, nec in robore, sed
in spiritu meo. V. Manus Zorobabel fun-
derunt domum istam, et manus eius per-
cipient eam. * non. V. gloria. * non.
Iach. 4.

In III. Nocturno.

Lectio IX.

De epistola prima beati Pauli apostoli
ad Timotheum. cap. 4.

videtur manifeste dicit, quia in novissimis
temporibus discedent quidam a fide, et hon-
des spiritibus erroris et doctrinis demonio-
um, in hypocrisis loquentium mendacium,
cauteriatam habentium suam conscien-
iam, prohibentium nubere, abstinere a
rebus, quos Deus creavit ad percipiendum
in gratiarum actione fidelibus, et iis
qui cognoverunt pietatem. quia omnis crea-
tura Dei bona est, et nihil reuiciendum, quod
in gratiarum actione percipitur; sanctifi-
catur enim per verbum Dei et orationem.

et proponens fratribus, bonus eris minister
Christi Iesu, enutritus verbis fidei et bono
conscie, quam aspecutus es. Ineptas autem
vaniles fabulas evita: exerce autem te ipsum
in pietatem. etiam corporalis exercitatio
in modicum utilis est, promissionem habens
vite que nunc est, et future.

Zorobabel et Iesus filius Iosede in
diebus suis edificaverunt domum. *

Propri. De Temp. 32.
P. A.

249.

et exaltaverunt templum sanctum domus.
 V. Suscitavit Dominus spiritum Zorobabel
 Ducis Juda, et spiritum Jesu sacerdotis magni:
 et ingressi sunt, et faciunt opus in domo
 Domini. * Et. Eali. 119. Agg. 1.

Lectio X.

Fidelis sermo et omni acceptione dignus.
 In hoc enim laboramus, et maledicimur,
 quia speramus in Deum vivum, qui est salva-
 tor omnium hominum, maxime fidelium.
 Praeceptum hoc et docere. et de adolescentiam tuam
 contemnat; sed exemplo esto fidelium, in
 verbo, in conversatione, in charitate, in fide,
 in castitate. Dum venio, attende lectioni,
 exhortationi et doctrinae. et non negligere
 gratiam, quae data est tibi per prophetiam
 cum impositione manuum presbyteri. Haec
 meditare, in his esto, ut profectus tuus ma-
 nifestus sit omnibus. Attende tibi et doctri-
 nae: ista in illis. Hoc enim faciens et te ipsum
 saluum facies, et eos qui te audiunt.

R. Vos transgressi estis, ut adderetis super
 delictum Israel: et nunc et date confes-
 sionem Deo, et facite placitum eius. V. Re-
 formamini in novitate sensus vestri: ut
 probeatis, quae sit voluntas Dei bona et bene-
 placens et perfecta. et date. j. Ep. 10. Rom. 12.

Lectio XI. cap. 6.

Seniorem ne increpaveris, sed obsecra ut
 patrem, iuvenes ut fratres, anus ut matres,
 iuvenulas ut sorores, in omni castitate.
 viduas honora, quae vere viduae sunt. Si qua
 autem vidua filios et nepotes habet, discat pri-
 mum domum suam regere, et mutuam vicem
 reddere parentibus: hoc enim acceptum est co-
 ram Deo. quae autem vere vidua est, et desolata,
 speret in Deum, et insistet obsecrationibus et
 orationibus nocte ac die: nam quae in deliciis
 est, vivens mortua est. Et hoc praecipit, ut

incomprehensibiles sunt. Siquis autem suorum,
maxime domesticorum, curam non habet,
domum negavit, et est infideli deterior.

Manus Dei nostri est super omnes, qui quocumque
eum in bonitate: et imperium eius
fortitudo et furor super omnes, qui dere-
linquunt eum. *V. Bonus Dominus speran-
tibus in eum, animo querenti illum. Et.*

Ps. 8. Thren. 5.

Lectio XII.

Siquis fidelis habet viduas, subministra-
tis, et non gravetur ecclesia, sub iis, quo vere
viduae sunt, iusticiam. qui bene profunt pres-
byteri, duplici honore digni habeantur, mori-
ne qui laborant in verbis et doctrina. Sicut
nim scriptura: non alligabis os bovi tribu-
enti; et: dignus est operarius mercede sua.
Diversus presbyterum accusationem noli
accipere, nisi sub duobus aut tribus testibus,
veraciter coram omnibus argue, sub ecclesie
morem habeant. Testor coram Deo et
Christo Iesu et electis angelis, ut hoc custo-
dias sine praedicio, nihil faciens in
alteram partem declinando. Manus cito
tibi in proferis, neque communicare
is peccatis alienis. Te ipsum castum cu-
rati.

Oratio Dominica. Seraphim clamabant
eter ad aetherum: et sanctus, sanctus, san-
ctus Dominus Deus exercituum: et plena
est omnis terra gloria eius. *V. Tres sunt
qui testimonium dant in caelo, pater,
verbum et spiritus sanctus: et hi tres
unum sunt. et sanctus. V. gloria. et plena.*

Mat. 28. 19. Joan. 14. 23.

Oratio infra hebdomadam. Animo quiores
note, et proclamate ad Dominum, per
cuius memoria vestra ab eo, qui duxit vos: et
sicut enim fuit, sensus vester, subterranea

Deo; deies tantum iterum convertentes re-
quiretis eum. V. Hoc dicit Dominus exer-
cituum: convertimini ad me, et convertar
ad vos. * sicut. L. gloria. * sicut. Bar. 4.
Zach. 1.

Sequentia sancti Evangelii secundum

Lucam. cap. 19.

In illo tempore: Cum ad propinquare Jesus
Ierusalem, videns civitatem, flevit super
illam, dicens: quia si cognovisses et tu,
et quidem in hac die tua, quae ad pacem tibi;
nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis;
quia venient dies in te: et circumdabunt
te inimici tui vallo, et circumdabunt te:
et coangustabunt te undique: et ad terram
prosternebant te, et filios tuos, qui in te
sunt, et non relinquent in te lapidem
super lapidem: eo quod non cognoveris tem-
pus visitationis tuae. Et ingressus in
templum, cepit eicere vendentes in illo
et ementes, dicens illis: scriptum est, quia
domus mea domus orationis est: vos autem
fecistis illam speluncam latronum. Et
erat docens quotidie in templo.

Ad Bened. ant. Non relinquent in te la-
pidem super lapidem: * eo quod non cogno-
veris tempus visitationis tuae. Luc. 19.

Ad Magnif. ant. Scriptum est: quia domus
mea domus orationis est: * vos autem
fecistis illam speluncam latronum. Luc. 19.

Feria II.

Lectio I.

De libro primo Esdre. cap. 6.

Igitur seniores Iudaeorum edificabant,
et prosperabantur iuxta prophetiam
Aggei prophetae, et Zachario filii Addo:

et edificaverunt, et construxerunt, iubente
 rege Israel, et iubente Cyro et Dario, et Artaxer-
 xae, regibus Persarum: et compleverunt
 domum Dei istam usque ad diem tertium
 mensis Adar, qui est annus sextus regni
 Darii regis. * Fecerunt autem filii Israel,
 sacerdotes et Levites, et reliqui filiorum trans-
 migrationis, dedicationem domus Dei in
 ierusalem. Et obtulerunt in dedicationem domus
 Dei vitulos centum, arietes ducentos, agnos
 quadringentos, hircos caprarum pro pecca-
 to totius Israel duodecim, iuxta nume-
 rum tribuum Israel. Et statuerunt sa-
 cerdotes in ordinibus suis, et Levitas in vic-
 iis suis, super opera Dei in Jerusalem,
 sicut scriptum est in libro Moysi. 9.
 Fecerunt autem filii Israel transmigra-
 tionis Pascha, quarta decima die mensis
 primi. Purificati enim fuerant sacerdotes,
 et Levites quasi unus: omnes mundi ad
 immolandum pascha universis filiis
 transmigrationis, et fratribus suis sacer-
 dotibus, et sibi. * Et comederunt filii
 Israel, qui reversi fuerant de transmigra-
 tione, et omnes qui se separaverunt a
 coniugatione gentium terre ad eos, qui
 adorarent Dominum Deum Israel. Et fe-
 cerunt solemnitatem azymorum septem
 diebus in letitia: quoniam letificaverat
 eos Dominus, et converterat cor regis assue-
 rit ad eos, ut adjuvaret manus eorum in opere
 domus Domini Dei Israel.

R. ex I. nocturno Dominico procedentis.

Lectio II.

De expositione Venerabilis Bedae
 Presbyteri. in h. l.

omnes prophetae, immo omnes sacri auctores

Scriptura prospera studioribus sancto eule-
 sia, id est, doctoribus pollicentur, si non ipsi
 adversitatibus fatigati a labore sancto quies-
 cant. Aderit namque divinum auxilium,
 quo cepto domus Domini in adiutorium
 corde credendo ac bene vivendo compleatur.
 Adveniet architectis eisdem benedictio (et)
 abundantia copiosior spiritualium charis-
 matum: quo absque ulla dubietate tanto
 nobis largius a Domino prestabitur, quan-
 to diligentius habitaculum glorio ipsius
 hinc in nobis ipsis, se in proximorum
 cordibus exfluere sategerimus. Verum
 quia reedificatio domus post captivitatem,
 illorum correctionem designat, quia via
 veritatis, quam pauculum nichoave-
 rant, peccando aberraverunt; apte re-
 stauratum huius modi templum dedi-
 catur a sacerdotibus et Levitis, et reliquis
 filiorum transmigrationis in gaudis:
 quia correctis his, qui peccavere, multum
 sit gaudium in coelo coram angelis Dei.
 Fit et magistris, qui pro errantium sa-
 lute laboraverunt: fit et omnibus, qui
 a Babylone, id est, confusione peccatorum
 ad virtutum arcem, terram utique re-
 promissionis, mente et opere trans mi-
 graverunt. Offerunt in hanc dedicati-
 onem hostias, cum per errantium con-
 versationem vota gratiarum Deo offe-
 runt; cum multi conspecta eorum vita
 Deo devota et ipsi se ad maiora virtutum
 opera arquant, nolentes eis seigniores
 in operibus bonis existere, quibus inno-
 centiores minus peccando remanferunt.

Feria III.

De libro primo Esdra. cap. 9.

Aquam autem hac completa sunt, acceperunt
 ad me principes, dicentes: non est separatus
 populus Israel, sacerdotes et Levites a
 populis terrarum: tulerunt enim de filiabus
 eorum sibi et filiis suis, et commiscuerunt
 nomen sanctum cum populis terrarum: manus
 sanctam principum et magistratum fuit in
 transgressione hac prima. * Cumque audissem
 rationem istam, scidi pallium meum et
 tunicam, et evelli capillos capitis mei et
 abo, et sedi mareus. Convenerunt autem
 me omnes, qui timebant verbum Dei
 Israel, pro transgressione eorum, qui de
 civitate venerant: et ego sedebam tristis
 usque ad sacrificium vespertinum. 9. Et
 sacrificio vespertino surrexi de afflictione
 mea, et scisso pallio et tunica curvavi genua
 mea, et expandi manus meas ad Dominum
 meum, et dixi: Deus meus confundor
 et erubescio levare faciem meam ad te: quoniam
 iniquitates nostras multiplicatae sunt
 super caput nostrum, et delicta nostra cre-
 verunt usque ad coelum. * Et post omnia,
 ut venerunt super nos in operibus nostris
 scimus, et in delicto nostro magno, quia
 Deus noster liberaisti nos de iniquitate
 opera, et dedisti nobis salutem, sicut est ho-
 mo, ut non converteremur, et irrita faceremus
 mandata tua, neque matrimonia iungeremus
 cum populis abominationum istarum. Et cum
 iratus es nobis usque ad consummationem,
 et dimitteres nobis reliquias ad salutem.
 Domine Deus Israel iustus es tu: quoniam
 relinquitur sumus, qui salvaremur sicut die hac.
 et coram te sumus in delicto nostro, non
 enim fieri potestioram te super hoc.

Lectio II.

De expositione Venerabilis Patris Presbyteri.
 Effiras intimum cordis dolorem ostendit,
 Scidit vestimentum, evellit pilos capitis et
 barbas; sed mœrens, ut tali de honesta morte
 corporis et indumenti cum mœrore vul-
 tus velocius omnium animos ad peniten-
 tiam vel sui vel fraterni reatus excitet. Ex-
 emplum (itaque omnes) huius habebunt exi-
 mium non solum flendi et orandi, verum
 etiam ieiunandi pro his, qui peccaverunt:
 Acum beati sunt lugentes, qui propria de-
 flent peccata, quoniam accepta remissione
 consolantur; quanto esse beatiores creden-
 di sunt, qui etiam fraternis lugent erra-
 tibus: et hoc in tantum, ut ne panem qui-
 dem et aquam, quo abstinentium est ro-
 factio, contingere velint. neque domum
 suam ingredi, vel in lectum sui stratus
 ascendere, sed in alius domus Domini potius
 orantes pernoctare gaudeant? Lugent
 etiam nunc in transgressionem eorum, qui
 de captivitate venerant, qui dolent eos,
 qui nuper peccatis poenitendo erepti erant,
 rursus ad ea peccando esse prolapsos, per quo
 denus a diabolo possunt captivari. De quali-
 bus, qui velut de captivitate ascendentes
 nihilominus per luxuriam sunt capti, loqui-
 tur apostolus Petrus. Si enim, inquit, resu-
 gientes coinquinationes mundi, in cognitio-
 ne Domini nostri et Salvatoris nostri Jesu
 Christi, his rursus implicati superantur,
 facta sunt eis posteriora deteriora prio-
 ribus.

Teria IV.Lectio I.

De libro primo Esdræ. cap. 10.

ergo orante Esra, et implorante eo,
 flexit et iacente ante templum Dei,
 lectus est ad eum de Israel cælus grandis
 inis virorum et mulierum, et puerorum.
 fleuit populus fletu magno. Et respondit
 Chenias et dixit Esra: nos provaricati
 mus in Deum nostrum, et duximus
 uxores alienigenas de populis terre. *
 nunc si est penitentia in Israel super
 hoc, percussiamus fœdus cum Domino deo
 nostro, ut proiciamus universas uxores
 eos qui de his nati sunt, iuxta voluntatem
 Domini, et eorum qui timent præceptum
 Domini Dei nostri: secundum legem fiat.
 Et tuum est discernere, nosque erimus te-
 nui: confortare et fac. 9. Surrexit ergo
 Esra, et adiuravit principes sacerdotum
 leuitarum, et omnem Israel, ut facerent.
 Et secundum verbum hoc: adiuraverunt.
 missa est vox in Iuda, et in Ierusalem om-
 nibus filiis transmigrationis, ut congre-
 rentur in Ierusalem: et omnis, qui
 venerit in tribus diebus iuxta confi-
 num principum et seniorum, auferetur
 iuxta substantiam eius, et ipse abiectum
 erit ex transmigratione. * Convenerunt
 igitur omnes viri Iuda et Benjamin
 Ierusalem tribus diebus, ipse est mensis
 mensis, vigesimo die mensis: et sedit omnis
 populus in platea domus Dei, tremantes
 a speculo et pluvio. Et surrexit Esra
 sacerdos, et ad eos: vos transgressi estis, et
 dixistis uxores alienigenas, ut adderetis
 scelus delictum Israel. Et nunc date confes-
 sionem Domino deo patrum vestrorum,
 facite placitum eius, et separamini
 a populis terre, et ab uxoribus alienigenis.
 Respondit universa multitudo, dixitque

voce magna: iuxta verbum tuum ad nos,
sic fiat.

Ps. ex III. Voct. Dominica precedentis.

Lectio II.

De expositione venerabilis Bedae presbyteri.
Quantum oratio, fletus et lamentatio pro
profecerit, ostenditur, cum mox ad eum celsus
fletuum per maximus utriusque sexus
et omnis aetatis collectus ope perhibetur. Ju-
vabat (autem eum) Sechenias: si populum,
inquit, perfecte huius transgressionis peni-
tel, primo conversi ad Dominum promitta-
mus correctionem, ac postulemus veniam.
Deinde ad nos ipsos reversi, omnem a vobis
patrati facinoris radicem extirpemus et
fruticem: hoc est enim quemquam veraciter
agere penitentiam, et totum intus in
corde ad Dominum converti, et foris omnes
peccandi materias ab ipsa origine secare.
Notandum interea, quanta arte pugnandi
diabolus fideles semper impugnet, quam nul-
lum eis unquam securum a certando tempus
relinquat. Ecce enim, qui adversitatibus
superari non poterant, superantur blandi-
mentis. Cuius rei temporibus nostris ma-
nifestime est figura completa, cum videamus
animos fidelium multo periculosius nunc
interius tentari a concupiscentia sua abstrac-
tos et illectos, quam tentabantur quondam
extrinsecus, cum immanis adversarius contra
eorum constantiam ferro et igne saeviebat.
Sed averit pietas Domini, que sicut hunc
illis adversus aperta furentium certami-
na virtutem patientie largita est:
ita et nobis adversus surripientium
laqueos blanditiarum cautela donet
custodiam.

Feria V.

Lectio I.

Incipit liber secundus Esdra. cap. i.
 Verba Nehemias filii Helchias. Et factum
 est in mense Casleo, anno vigesimo, et ego
 sum in Susis castro. Et venit Hanani unus
 fratrum meorum, ipse et viri ex Juda: et
 interrogavi eos de Judaeis, qui remanserant
 supererant de captivitate, et Jerusalem.
 Et dixerunt mihi: qui remanserunt, et
 elicti sunt de captivitate ibi in provincia,
 in afflictione magna sunt, et in opprobrio:
 murus Jerusalem dissipatus est, et porta
 eius combusta sunt igni. Et cumque au-
 dipsem verba huiusmodi, sedi et fleui,
 et luxi diebus multis: ieiunabam et ora-
 bam ante faciem Dei caeli, et dixi: quae
 Domine Deus caeli fortis, magne atque
 terribilis, qui custodis pactum et mise-
 ricordiam cum his qui te diligunt, et
 observant mandata tua: fiant aures tuae
 ascultantes, et oculi tui aperti, ut audias
 rationem servi tui, quam ego oro coram
 te hodie nocte et die, pro filiis ~~israel~~ israel
 et pro his: et confiteor pro peccatis filiorum
 israel, quibus peccaverunt tibi: ego et
 omnes patris mei peccavimus. Van-
 de servuli sumus, et non custodimus
 mandatum tuum, et ceremonias, et
 iudicia, quae precepisti Moysi famulo tuo.
 Memento verbi, quod mandasti Moysi servo
 tuo, dicens: cum transgressi fueritis, ego
 dispergam vos in populos: et si revertamini
 ad me, et custodieritis praecepta mea, et fueritis
 a, etiam si abducti fueritis ad extrema caeli,
 de congregabo vos, et reducam in locum, quem
 legi ubi habitaret nomen meum ibi. Et ipsi
 servi tui, et populus tuus, quos redemisti in for-

virtudine tua magna, et in manu tua valida.
 Obsecro Domine, si tauris tua attendas adora-
 tionem serui tui, et adorationem servorum
 tuorum, qui volunt timere nomen tuum:
 et dirige servum tuum hodie, et daci miseri-
 cordiam ante virum hunc: ego enim eram
 pincerna regis.

Ex I. Oct. Dominico precedentis.

Lectio II.

De expositione venerabilis Bedae presbyteri.
 Palet littera sensus: quia qui remanserant de
 captivitate, etsi in pace versari videbantur, in
 afflictione tamen maxima erant, mentis, quod
 exprobrarent eis hostes, civitatem sanctam adhuc
 remansisse destructam. Sed et nunc in sancta
 ecclesia merito affliguntur, ac tristitia salutari
 compunguntur, qui respicientes ipsa proteritis
 sceleribus, proximos ~~per~~ adhuc suos vitis subiaceri
 considerant: ita ut per negligentiam eorum,
 qui correctis multis prodesse poterant, quasi
 per muros urbis dissipare diabolus liberum
 habeat in ecclesiam introitum. quod eo magis
 dolendum sit necesse est, si et ipsi, qui alii doctri-
 na vel exemplo prodesse debuerant, exempla
 interitus sese cernentibus corrupte viven-
 do promonstrant. Hoc est enim portas Je-
 rusalem flammis hostilibus esse perustas,
 eos qui bene vivendo ac docendo dignos in
 coelum electorum introducere, indignos
 vero aruere debuerant, avaritia, luxuria,
 superbia, contentione, invidia, cotiorum-
 que, quo hostis malignus inferere solet,
 vitiorum incendio perire. quod si vir
 sanctus (Nehemias) audiens destructa
 lapidum ac lignorum aedificia re-
 legebat, ieiunabat et orabat, et hoc multo
 tempore sedens in tristitia: quanto magis
 in destructione ac ruina animarum quo

et peccatum committitur, continuis canti-
onibus, lacrimis, orationibus insistendum?
Ab eis miserante Domino ad pristinam
ergantur hospitaliter, qui in opprobrium
regionis triumphante inimico iacebant, di-
no vitiorum sorde squalentes.

Feria VI.

Lectio I.

De libro secundo Epistolae .cap. 4.

congregati sunt omnes (inimici nostri)
civiter, ut venirent et pugnarent contra
Ierusalem, et molirentur insidias. Et sta-
ti in loco post murum per circuitum po-
suerunt in ordinem cum gladiis suis et lan-
cis et arcibus. Factum est autem, cum au-
derent inimici nostri, nuntiatum esse
illis, dissipavit Deus consilium eorum. Et
versus sumus omnes ad muros, unusquisque
ad opus suum. * Et factum est a die illa,
etiam pars iuvenum eorum faciebat opus,
et media parata erat ad bellum, et lanceae,
et scuta, et arcus et loricae, et principes post-
erant in omni domo Iuda edificantium in
muro, et portantium onera, et imponentium:
et una manu sua faciebat opus, et altera tene-
bat gladium: edificantium enim unus-
quisque gladio erat accinctus renes. Et edi-
cabant, et clangebant bucina coram me. 9.
Dixi ad optimales et ad magistratus, et ad
aliquam partem vulgi: opus grande est et cla-
vum, et nos separati sumus in muro procul
ab aethero. In loco quo cumque audieritis
clangorem tubae, illuc concurrite ad nos, Deus
profer pugnantem pro nobis. Et nos ipsi faciamus
opus, et media pars nostrum teneat lanceas ab
oculo aurora, donec egrediantur astra. * In
tempore quoque illo dixi populo: unusquisque
in puero suo maneat in medio Ierusalem,

et sint nobis vices per noctem et diem adope-
randum. Ego autem et fratres mei, et pueri
mei, et custodes qui erant post me, non depo-
neliamus vestimenta nostra.

R. R. ex II. clau. Dominicae precedentis.

Lectio II.

De expositione venerabilis Patris Presbyteri.
Notandum, quia non solum pars iuuenum
media faciebat opus, et pars media parata
erat ad bellum: sed et iidem ipsi, qui faciebant
opus iuuenes, gladio erant accincti. Tanta
namque verusubia hostis antiqui, tantus est
furor militis eius contra ecclesiam dimican-
tis, ut non solum predicatores veritatis,
sed et ipse Dei populus semper adversus machi-
nas illius invigilare, et velut in acie debeant
stare. Adificantes namque gladio accin-
guntur renes, cum hi, qui bonis insistere
operibus, qui commissos sibi regulari curant
ratione disponere: hoc est enim vivos la-
pides in edificio sanctae civitatis ordine
competenti locare: fluxa in se luxuria
acumine verbi Dei restringere satagunt.
Seco protere undum, quia cum David filius Salo-
mon eandem civitatem edificarent, nil de
armatis structoribus vel adversariis impug-
nantibus refertur: verum destructa ob se-
lera eorum urbs maiore labore ac industria
reficitur: quia et talis est edificatio spiri-
tualis, quo in animarum salute geritur,
ut in baptismo renati per fidem et con-
fessionem sanctae Trinitatis absque ulla
nostro labore, per gratiam Dei civitas ac
domus eius efficiamur. Ad si post ablu-
tionem sacri fontis, diabolo seducente, ad
peccata relabimur, et virtutum moenia
nostrarum hostis victor igne vitiorum
cecidit, gravioribus necepe est orationis,

lectionis, vigiliarum, elemosynarum,
vile auidioris studiis ea, que perdidimus,
vrorum operum edificia reparemus. Nam
expertis vitiorum illecebris difficilius,
quam incognitis, caremus: minorisque
laboris est incognitam carnis cavere volupta-
tem, quam reuicere cognitam.

Sabbato.

Leuitio 1.

De libro secundo Esdrae. cap. 8. 9.

Generat mensis septimus: filii autem Israel
erant in ciuitatibus suis. Congregatus que
populus quasi vir unus, ad plateam,
que est ante portam aquarum: et dice-
unt Esrae scriba, ut afferret librum legis
Mosis, quam preceperat Dominus Israel.
Stetit ergo Esras sacerdos legem coram
multitudine virorum et mulierum, cunctis
que qui poterant intelligere, in die prima
mensis septimi. Et legit in eo aperte in pla-
ta, que erat ante portam aquarum, de mane
que ad mediam diem, in conspectu virorum
et mulierum et sapientium: et aures omnis
populi erant erecte ad librum. 9. Stetit au-
tem Esras scriba super gradum ligneum,
quem fecerat ad loquendum, et aperuit librum
legis coram omni populo; super uniuersum quip-
pe populum eminebat: et cum aperisset
librum, stetit omnis populus. Et benedixit
Esras Domino Deo magno; et respondit
omnis populus: amen amen; elevans ma-
nus suas, et incuruati sunt, et adorauerunt
terram proni in terram. * In die autem vige-
simo quarto mensis huius conuenerunt
filii Israel in ieiunio, et in facis, et humus
propter eos. Et separatum est semen filiorum Israel
a omni filio alienigena: et steterunt, et

confitebantur peccata sua, et iniquitates
 patrum suorum. Et confurrexerunt ad
 standum: et legerunt in volumine legis Do-
 mini Dei sui qualiter in die, et qualiter confi-
 tebantur et adorabant Dominum Deum suum.
 Ps. ex III. Not. Dominico procedentis.

Lectio II.

De expositione Venerabilis Bedae Presbyteri.
 Notanda deuotio correcti post captiuitatem
 populi, ut completa rite solemnitate, quo
 per legem Domini mandata est, una tantum
 intermissa die, mox in ieiunio et in poeni-
 tentia ipsi sua fronte conuenirent: et quod
 diebus lectionum sanctorum ac leuitia
 gerendum audierant, diligenter ex tem-
 pore gererent, separando scilicet se ipsos
 et mente et corpore a confortio eorum,
 qui alieni a Domino esse et ab eius cultu-
 ra comprobantur: ne rursus per faie-
 tatem et exempla reproborum, inuiderent
 in mala captiuitatis et erumno: quo tamen
 via post longa temporum siue seculorum
 volumina sese euasisse cernebant. Et quid
 de his nobis mustice tractandum? nisi
 ut talium exempla secuti, quidquid in
 publica synaxi vel auditorio faciendum
 cognouimus, denno mutua inter nos col-
 latione tractemus: et qualiter singula
 hoc castigatione cordis siue corporis nostri
 complere valeamus, solerti indagine
 perquiramus.

Ad Vesperas Duplex.

ad Magnif. ant. Sapientia insipien-
 tibus locuta est: relinquitte infantiam,
 et uivete: & et ambulate per vias pruden-
 tiae. Prov. 9.

Oratio Sac. Gelaf.

B. C.

Deus, qui omnipotentiam tuam parcendo
roxime, et miserando manifestas: multi-
lica super nos misericordiam tuam, iud
ca promissa currentes, caelestium bonorum
cias esse confortes. Per Dominum.

Dominica X. post Pentecosten.

Duplex maius. 12. lect.

In I. nocturno.

Lectio I.

Incipit liber Proverbiorum. cap. 1.

Parabolo Salomonis, filii David, regis Israel.
Ad sciendam sapientiam et disciplinam: ad
intelligenda verba prudentis: ad suscipien-
am eruditionem doctrinae, iustitiam, et
iudicium, et equitatem: ut detur parvulis
solutio, adolescenti scientia et intellectus.
Audens sapiens sapientior erit, et intelligens
tabernacula possidebit. animadvertet pa-
rabolam et interpretationem, verba sapi-
entum et aenigmata eorum. Timor Domini
principium sapientiae. Sapientiam atque
disciplinam stulti despiciunt. Audi fili mi
disciplinam patris tui, et ne dimittas legem
matris tuae; ut addatur gratia capiti tuo,
et torques collo tuo.

§. Initium sapientiae timor Domini. *
firmamentum est Dominus timentibus
eum, et testamentum ipsius, ut ma-
nifestetur illis. §. Principium sapi-
entiae timor Domini: et scientia sancto-
rum prudentia. * firmamentum. Psal.
124. Prov. 9.

Lectio II.

Tili mi, si se laetaverint peccatores, ne
adquiescas eis. Si dixerint: veni nobiscum,
infuriamur sanguini, abscondamus tunicam-

las contra infontem frustra; Deglubia-
mus eum sicut infernus viventem, et
integrum quasi descendentem in lacum:
omnem pretiosam substantiam reperie-
mus, implebimus domos nostras spoliis:
Sortem mille nobiscum, marsupium unum
filiorum nostrum. Fili mi, ne ambules
cum eis, prohibe pedem tuum a semitis eo-
rum. Pedes enim illorum ad malum cur-
runt, et festinant, ut affundant sanguinem.
R. Non emuleris hominem iniustum,
nec imiteris vias eius: & quoniam qui
malignantur, exterminabuntur; susti-
nentes autem Dominum ipsi heredita-
bunt terram. V. Non emuletur cor
tuum peccatores; sed in timore Domini esto
tota die. & quoniam. Prov. 3. Cf. 26. Prov. 1.

Lectio III.

Sapientia foris prodicat, in plateis dat
vocem suam: in capite turbarum clami-
lat, in foribus portarum urbis profert verba
sua, dicens: usquequo parvuli diligitis
infantiam, et stulti ea, que sibi sunt noxia,
cupient, et imprudentes odibunt scien-
tiam? Convertimini ad correctionem
meam: en proferam vobis spiritum
meum, et ostendam vobis verba mea.
quia vocavi, et renuistis; extendi manum
meam, et non fuit, qui afficeret. Despe-
xistis omne consilium meum, et incre-
pationes meas neglexistis: ego quoque
in interitum vestro ridebo et subsannabo,
cum vobis id, quod timebatis, advenerit.

R. Disciplinam Domini ne abicias,
ne deficias, cum ab eo corripieris: & quem
enim diligit Dominus, corripit, et quasi pater
in filio complacet sibi. V. Tamquam filius

obis offert se Deus: quis enim filius, quem
non corripit pater? * quem. Prov. 2. Hebr. 12.

Lectio IV.

Cum irruerit repentina calamitas, et inte-
ritus quasi tempestas ingruerit: quando
venierit super vos tribulatio et angustia:
tunc invocabunt me, et non exaudiam;
mane conurgent, et non invenient me:
eo quod exosam habuerint disciplinam,
et timorem Domini non susceperint,
nec adquieverint consilio meo, et detra-
xerint universam correctionem meam. Come-
dent igitur fructus viae suae, suisque
consiliis saturabuntur. Aversio parvu-
lorum interficiet eos, et prosperitas
puerorum perdet illos. qui autem me
audierint, ab omni terrore requiescent, et abun-
dantia perfructura, timore malorum sublato.
¶ Si susceperis sermones meos, et man-
data mea absconderis per te: * tunc, ¶
intelliges timorem Domini, et scientiam
Dei inuenies. ¶ Cogitatum tuum habe
in preceptis Dei, et in mandatis illius ma-
xime apud te esto. * tunc. ¶ gloria.
¶ intelliges. Prov. 2. Ecli. 6.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

l. 19. contra Faust. c. 128.

Nullum nomen Religionis seu verum
a falsum coagulari homines possunt, nisi
in quo signaculorum vel sacramentorum
visibilium consortio colligantur: quorum
sacramentorum vis inenarrabiliter valet
curriculum, et ideo contempta sacrilegos facit.
¶ quippe contemnitur, sine qua non po-
est perfici pietas. Verumtamen quia visibilia
sacramenta pietatis in se possunt obiam

De Sacramentis.

impus, sicut habuisse sanctum baptismum
etiam Magum Simonem legimus: sunt
tales, quales apostolus ait: habentes formam
pietatis, virtutem autem eius abnegantes.
Virtus autem pietatis est finis precepti,
id est, charitas de corde puro et conscientia
bona, et fide non ficta.

R. Tene disciplinam, ne dimittas eam: &
custodi illam, quia ipsa est vita tua. *V.*
conserua iustitiam, et Deus probabit illam
tibi; sapientia enim est disciplina timori
Domini. *R.* custodi. *Prov. 1. 7. 11. 12.*

Lectio VI.

Unde apostolus Petrus, cum de sacra-
mento arce, in qua erat domus a diluio libe-
rata est, loqueretur: sic et vos, inquit, fini-
li forma baptismi salvos fecit. Et ne sibi
sufficere putarent visibile sacramentum,
per quod habebant formam pietatis, et per
malos mores perdite vivendo virtutem eius
abnegarent; continuo subiicit: non carnis
depositio sordium, sed conscientie bonus in-
terrogatio. Proinde prima sacramenta,
quo observabantur et celebrabantur ex
lege, pronuntiativa erant Christi venturi:
quo cum suo adventu Christus implevisset,
ablata sunt, et ideo ablata, quia impleta:
non enim venit solvere legem, sed adimplere.
Et alia instituta sunt, virtute maiora, utili-
tate meliora, actu faciliora, numero pau-
ciora, tam quam iustitia fidei revelata,
et in libertatem vocatis filius Dei, iugo ser-
vilitatis ablato, quod duro et carni dedito
populo congruebat.

R. Sapientia ubi invenitur, et quis est
locus intelligentie? & ecce timor Domi-
ni ipsa est sapientia; et recedere a malo

intelligentia. v. Fons sapientie verbum
 Dei in excelsis, et ingressus illius mandata
 eterna: plenitudo sapientie est, timere
 Deum. * euc. Job. 28. Ecl. i.

Lectio VII.

Verumtamen si antiqui iusti, qui sacra-
 mentis illis intelligebant venturam pro-
 nuntiari revelationem fidei, ex qua, licet
 adhuc operata et abscondita, munere tamen
 intellectus intellecta etiam tunc ipsi vivebant.
 quia in hac vita nemo esse potest iustus, nisi
 qui ex fide vivit. Si ergo antiqui iusti pro
 illis nuntiatis sacramentis et rerum non
 tunc impleta tum figuris omnia dura et
 horrenda perpeti parati fuerunt, et plerique
 perpessi sunt: quanto magis nunc pro baptis-
 mo Christi ad omnia perferenda paratior de-
 bet esse christianus, cum illo fuerint promif-
 siones rerum compleandarum, hoc sunt
 iudicia completarum? quod enim adhuc
 promittitur calcie, id est, corpori Christi,
 et in manifestatione predicatur, et in ipso
 apud corpus Salvatore, id est, in ipso
 mediatore Dei et hominum homine Christo
 Iesu, iam utique completum est.

Vani sunt omnes homines, * in qui-
 bus non est subest scientia Dei: et de his
 non videntur bona, non potuerunt in-
 telligere eum qui est. v. Invisibilia
 Dei per ea, quae facta sunt, intellecta conspi-
 ciuntur; ita ut sint inexcusabiles. * in.
 ap. 13. Rom. i.

Lectio VIII.

Quid enim promittitur, nisi vita eter-
 na ex resurrectione a mortuis? Hoc
 iam completum est in illa carne, quod
 verbum caro factum est, et habitavit in
 nobis. Tunc ergo et occulta erat fides;

nam eadem credebant, eademque spera-
bant omnes iusti et sancti etiam tempo-
rum illorum, et promissiva erant omnia
illa sacramenta, omnisque ritus ille sacro-
rum. et tunc autem revelata est fides,
in qua conclusus erat populus, quando
sub lege custodiebatur: et quod fidelibus
promittitur in iudicio, iam completum
est in exemplo per eum, qui legem et pro-
phetas non venit solvere, sed adimplere.
Quid sunt aliud quoque corporalia sacra-
menta, nisi quodam quasi verba sensibi-
lia, sacrosancta quidem, verum tamen
mutabilia et temporalia? Deus enim eter-
nus est, nec tamen aqua et omnis actio
corporalis, quo agitur, cum baptizamus,
et fit et transit, eterna est. Hoc omnia
fiunt et transeunt, sonant et transeunt:
virtus tamen, quo per ista operatur, iugiter
manet; et domum spirituale, quod per ista
insinuatur, eternum est.

¶ Beatus homo, qui invenit sapientiam:
pretiosior est cunctis opibus; et vis illius
pulchra, et omnes semite illius pacifice.

¶ Quae deorsum est sapientia, pudica est,
pacifica, modesta; plena misericordia et
fructibus bonis. et vis. *¶* gloria. et vis.

Prov. 3. Jac. 3.

In III. nocturno.

Lectio IX.

De epistola prima beati Pauli apostoli
ad Timotheum. cap. 6.

Quicumque sunt sub iugo servi, dominos
suos omni honore dignos arbitrentur, ne
nomen Domini et doctrina blasphemetur.
qui autem fideles habent dominos, non con-
ternant, quia fratres sunt: sed magis serviant,
quia fideles sunt et dilecti, qui beneficii parti-
ceps sunt. Hoc doce et exhortare. Si quis

aliter docet, et non ad quiescit, sanis sermo-
nibus Domini nostri Iesu Christi, et ei quo
secundum pietatem est doctrino, superbus est,
nihil sciens, sed languens circa questiones
et pugnas verborum: ex quibus oriuntur
invidia, contentiones, blasphemio, suspicio-
nes male, conflictationes hominum mente
corruptorum, et qui veritate privatissat,
existimant huius quosum ope pietatem.

¶ Nolite ope prudentes apud vos meliores; *
Sapientia enim huius seculi, stultitia est
apud Deum. ¶ Sapientia callidi est intel-
ligere viam suam; et imprudentia stulto-
rum errans. * Sapientia. Rom. 12. 1. cor. 3.
Prov. 11.

Lectio X.

Namque quosus magnus pietas cum
sufficiencia. et nihil enim intulimus in
hunc mundum: haud dubium, quod nec aufer-
e quid possumus. Habentes autem ali-
menta, et quibus legamur, his contenti sum-
us. Nam qui volunt divites fieri, inci-
dunt in tentationem, et in laqueum diaboli,
et desideria multa invidiosa et nociva, quo-
mergunt homines in interitum et per-
ditionem. Radix enim omnium malorum
est cupiditas: quam quidam appetentes,
erraverunt a fide, et inferuerunt se dolo-
ribus multis.

¶ Vanitatem et verba mendacia longe
habeo a me Domine: * mendacitatem
et divitias ne dederis mihi: tribue tan-
tum victui meo necessaria. ¶ Melius
est modicum iusto, super divitias peccato-
rum multas. * mendic. Prov. 30. 8. 36.

Lectio XI.

Tu autem homo Dei hoc fuge: sectare vero
iustitiam, pietatem, fidem, charitatem,

patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam eternam, in qua vocatus es, et confessus bonam confessionem coram multis testibus. Precipio tibi coram Deo, qui vivificat omnia, et Christo Jesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato, bonam confessionem: ut serves mandatum sine macula, irreprehensibile, usque in adventum Domini nostri Jesu Christi: quem sustinentur ostendit beatus et solus potens, Rex regum et Dominus dominantium: qui solus habet immortalitatem, et lucem inextinguibilem: quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest: cui honor et imperium sempiternum. Amen.

R. Sapientia clamitat: iusti sunt omnes sermones mei: non est in eis pravum quid neque perversum. et recti sunt intelligentibus, et qui invenientibus scientiam. V. Siquis non adquiescit sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi, superbus est, nihil sciens. et recti. Perov. 8. j. Tim. 6.

Lectio XII.

Divitiibus huius seculi proape non sublimis sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo, qui prestat nobis omnia abunde ad fruendum: bene agere, divites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum futurum, ut apprehendant veram vitam. O Timothee, depositum custodi, devotans profanas vocum novitates, et oppositiones facti nominis scientie: quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt. gratia tecum. Amen.

R. pro Dominica. Seraphim clamabant aeter ad aeterum: et Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus exercituum: et plena est omnis terra gloria eius. V. Tres sunt, qui testimonium

ant in celo. Pater, Verbum et Spiritus
sanctus: et hi tres unum sunt. & sanctus.
Gloria. & plena. Isa. 6. j. Joan. 5.

infra hebdomadam. In multis offendi-
mus omnes: & si quis in verbo non offendit,
hic perfectus est via. V. In multo loquio
non deerit peccatum; qui autem moderatur
sermone suo, prudens est. & si sermone.
si quis. Jac. 3. Prov. 10.

hec &c. dicuntur per hanc et sequentem
hebdomadam.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Lucam. cap. 18.

In illo tempore: dixit Jesus ad quosdam, qui
in se confidebant tanquam iusti, et aspera-
bant ceteros, parabolam istam: Duo homi-
nes ascenderunt in templum, ut orarent;
unus pharisaeus et alter publicanus. Pha-
risaeus stans haec apud se orabat: Deus, gratias
ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum,
aphores, iniusti, adulteri, velut etiam hic
publicanus. Jeiuo bis in sabbato, decimas
de omnium, quae possideo. Et publicanus
longe stans volebat nec oculos ad caelum
erigere; sed percutiebat pectus suum dicens:
Deus propitius esto mihi peccatori. Dico
vobis, descendit hic iustificatus in domum
suam ab illo: quia omnis, qui se exaltat,
humiliabitur; et qui se humiliat, exalta-
bitur.

Respond. ant. Publicanus percutiebat pec-
tus suum dicens: & Deus, propitius esto mihi
peccatori. Luc. 18.

Magnif. ant. Omnis, qui se exaltat, humi-
liabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Luc. 14.

Tertia II.

LECTIO I.

De libro Proverborum. cap. 15.

Fili mi, ne obliuiscaris legis meae, precepta
 mea cor tuum custodiat; longitudinem enim
 dierum, et annos uite, et pacem apponent
 tibi. Misericordia et veritas te non deserant;
 circumda eas gutturi tuo, et describe in tabulis
 cordis tui: et inuenies gratiam et discipli-
 nam bonam coram Deo et hominibus. Ha-
 be fiduciam in Domino ex toto corde tuo,
 et ne inuitaris prudentie tuae. In omnibus
 viis tuis cogita illum, et ipse diriget gressus
 tuos. & cre sis sapiens apud te metipsum: time
 Deum, et recede a malo: sanctas quippe erit
 umbilicus tuus, et irrigatio opium tuorum.
 Honora Dominum de tua substantia, et de
 primitiis omnium frugum tuarum daci:
 et implebuntur horrea tua saturitate, et vino
 torcularia tua redundabunt. Disciplinam
 Domini, fili mi, ne abiicias, nec deficias cum
 ab eo corripieris: quem enim diligit Dominus,
 corripit, et quasi pater in filio complacet sibi. g.
 Fili mi, ne effluant hoc ab oculis tuis: custo-
 di legem atque consilium, et erit vita animo
 tuo, et gratia faucibus tuis. Tunc ambulabis
 fiducialiter in via tua, et pes tuus non im-
 pinget: sed dormieris, non timebis; quiesces,
 et suavis erit somnus tuus. Ne paveas re-
 pentino terrore et irruentes tibi potentias
 impiorum: Dominus enim erit in latere
 tuo, et custodiet pedem tuum ne caipiaris. &
 soli prohibere benefacere eum, qui potest:
 si uales, et ipse benefac. Ne dicas amico tuo:
 vade et reuertere, cras dabo tibi; cum statim
 popis dare. Ne moliaris amico tuo malum,
 cum ille in te habeat fiduciam. Ne contendas
 aduersus hominem frustra, cum ipse tibi nihil
 mali fecerit. Ne amuleris hominem
 iniustum, nec imiteris vias eius: quia abo-
 minatio Domini est omnis illusor, et cum
 simplicibus sermocinatio eius.
 Ps. ex I. v. 1. Dominice procedentis.

De expositione Venerabilis Bedae Presbyteri.
De improbita proceptorum auctoritate turbare et
audientem promissis promissa certa, effluen-
meravit procepta. Longitudine enim dierum
lucem sempiternam; annis vite transcursum
huius mortalitatis; augmento pacis; ipsum nocte
salutudinis statum designat. Misericordia et
veritas non te deserant. Numquam ab ore tuo
veritas qua dicenda: numquam ab opere mi-
sericordia, quo proximis fit impendenda, rec-
dat. Si enim fit, ut et te Deo semper miseri-
cordia prosequatur et veritas: misericordia
videlicet, qua deleat peccata tua: veritas vero,
qua compleat promissa sua. Sit (autem) virtus
misericordiae et veritatis radici infixam en-
tis, promatur et voce loquentis: ut et occulto
inspector Deo, qui corda solus scrutatur et
renes, arana placeant intentionis; et proxi-
mos invenit officio locutionis. Bene autem
nilulites circumdari doret gutturi, cum vox
loquentis potius intus in gutture fieri so-
let: quia videlicet predicationis vox de
internis emanat; sed extra circumdat, et
ad plures audientes simul perfunditur. Nam
quo alios ad bene vivendum suscitabit, eos ad
bene agendum et opera predicantis legat,
ne extra sermonem alio transcat, ne voci
sua contradicat. Habe fiduciam in Domino:
nec metuas, ob imbecillitatem propriam
divina non posse servare mandata: nec
te rursum autumes, haec tuis implere vi-
tibus posse, vel tua naturali scientia posse,
non per illius legem instituaris: sed potius
discendo et agendo eius quare creber auxi-
lium, et ipse quo iusit, propitius, ut implere
valeas, donabit.

Feria III.

Lectio I.

De libro Proverbiorum. cap. 4.

Audite filii disciplinam patris, et attendite
 ut sciatis prudentiam; donum bonum tribuam
 vobis, legem meam ne derelinquat. Audi
 fili mi, et suscipe verba mea, ut multipli-
 centur tibi anni vite. Viam sapientie mon-
 strabo tibi, duam te per semitas aequitatis:
 quas cum ingressus fueris, non ardebitur
 gressus tui, et currens non habebis offendi-
 culum. * Tene disciplinam, ne dimittas eam:
 custodi illam, quia ipsa est vita tua. Ne de-
 lecheris in semitis impiorum, nec tibi pla-
 ceat malorum via. Tuge ab ea, nec transeas
 per illam: Declina et desere eam. Non enim
 dormiunt, nisi male fecerint: et rapitur som-
 nus ab eis, nisi supplantaverint. Comedunt
 panem impietatis, et vinum iniquitatis
 bibunt. Lux splendens procedit, et crescit usque ad
 perfectam diem. Via impiorum tenebrosa,
 nesciunt ubi corruant. Fili mi aufer
 sermones meos, et ad eloquia mea inclina
 aurem tuam. Ne recedant ab oculis tuis, cu-
 stodi ea in medio cordis tui: vita enim sunt
 invenientibus ea, et universo carni sanitas. *

Omni custodia serva cor tuum, quia ex ipso
 vita procedit. Remove a te os pravum,
 et detrahentia labia sunt procul a te.
 Oculi tui recta videant, et palpebris tuis
 procedant gressus tui. Dirige semitam
 pedibus tuis, et omnes viae tuae stabilien-
 tur. Ne declines ad dexteram neque ad
 sinistram: averte pedem tuum a malo:
 vias enim, quae ad dextris sunt, novit Domi-
 nus; perverse vero sunt quae a sinistris
 sunt. Ipse autem rectos faciet vias tuas,
 itinera autem tua in pace producet.

R. R. ex II. capit. Dominico procedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Pape.

l. 19. moral. cap. 21.

Cordis oculis circum quaque porrectis, undique
 nobis adhibenda custodia est. unde recte per
 Salomonem dicitur: omni custodia serua cor
 tuum, quia ex ipso vita procedit. Futurus enim
 custodia, promissit omni, ut videlicet unusquis-
 que hinc inde se diligenter inspicat, et quamdiu
 in hac vita est, contra spirituales inimicos in
 acie positum sciat, ne mercedem, quam
 per has actiones colligit, per alias amittat.
 ne hinc hosti fores obstruat, et aliumde adi-
 tum pandat. Si qua etenim civitas contra
 insidiantes inimicos magno vallatur aggere,
 torribus cingatur muris, ex omni parte
 in somni munitur custodia, unum vero in
 ea foramen tantum modo immunatum per
 negligentiam relinquitur: inde procul dubio
 hostis ingreditur, qui undique exclusus vide-
 retur. Phariseus namque ille, qui in tem-
 plum oraturus ascendit, civitatem mentis
 suo quanta munitione vallaverit, audiamus:
 ieiunio, inquit, bis in sabbato, decimas do-
 minium quo possideo. qui promissit gratias
 ego tibi, magna certe munimina adhibuit.
 Sed videamus, ubi insidiantis hosti immunatum
 foramen reliquit, quia non sum sicut
 publicanus iste. Eue civitatem cordis sui
 insidiantibus hostibus per elationem
 perivit, quam frustra per ieiunium et
 decimas clausit. In casum munita sunt
 caetera, cum locus unus, de quo hosti patet
 vitium, munitus non est. gratias recte agit,
 sed perverse se super publicanum extulit.
 quot labores uno vitio percussi ceciderunt,
 quanta bona unius culpa gladio sunt per-
 cussa! unde magnopere oportet et bona sem-
 per agere, et ab ipsis nos bonis operibus
 caute in cogitatione custodire: ne si mentem
 deviant, bona non sint, que non auctori
 militavit, sed elationi.

Lectio I.

De libro Proverbiorum. cap. 6.
 Vade ad formicam o piger, et considera vias
 eius, et discite sapientiam: quia cum non ha-
 beat ducem, nec proceptorum nec principem,
 parat in estate cibum sibi, et congregat in
 messe, quod comedat. Usquequo piger dor-
 mies? quando confurges e somno tuo? *
 Paullulum dormies, paullulum dormitabis,
 paullulum conferes manus, ut dormias:
 et veniet tibi quasi viator egestas, et pau-
 peries quasi vir armatus. Si vero in piger
 fueris, veniet ut fons in foveis tua, et egestas
 longe fugiet a te. g. Homo apostata
 vir inutilis, graditur ore perverso, annuit
 oculis, terit pede, digito loquitur, pravo
 corde machinatur malum, et omni tem-
 pore iurgia seminat. Huic ex templo
 p[er]veniet perditio sua, et subito contere-
 tur, nec habebit ulla medicinam. *
 Sex sunt, quae odit Dominus, et septimum
 detestatur anima eius: oculos sublimes,
 linguam mendacem, manus effundentes
 innoxium sanguinem, cor machinans co-
 gitationes peccatas, pedes veloces ad curren-
 dum in malum, proferentem mendacia,
 testem fallacem, et eum qui seminat in ter-
 ras fratres discordias.
 R. V. ex III. et VII. Dominico praecedentis.

Lectio II.

De expositione Venerabilis Bedae Presbyteri.
 Hic vagantem hortatur quemlibet, ut si
 ad alios erudiendos non sufficit, factum sui-
 met curas agere non negligat: et si sapientiam
 docendi nequit ab homine, vel operandi sapi-
 entiam discat a formica. Sicut enim tantillum
 animal principe carens, et rationis expertus,
 natura ducem sibi providet in prosperum: mul-
 to magis tu ad imaginem Dei conditus, ad

videndam gloriam eius vocatus, doctorum
 magisterio adiutus, ipsum conditorem habens
 suum, debes in presenti honorum operum
 fructus congregare, quibus aeternum vivas
 in ovum. Hoc etenim vita ideo tibi compa-
 ratur et ostendi, quod nunc inter ardores ten-
 tationum tempus est colligendi futurorum
 praemia honorum. Ad dies iudicii hyemis
 simulatur frigoribus, quia tunc nimirum
 nulla relinquitur facultas pro vita laborandi,
 sed tantum cogitur quisque de horreo prisca-
 rationis, quod recondidit, proferre. usquequo
 ergo dormis in vitibus? quando potes resurgere
 ad bene operandum, qui noxio tempore
 te prepus semper dicis: paullulum adhuc
 iaceam, et si postea poenitendo resurgam?
 Nil namque, ut te semper differente opus
 bonum, repente iudex, quia mala tua facta
 considerat, adfit. Hoc est enim quod sequitur:
 Veniet tibi quasi viator egestas, et pau-
 peries quasi vir armatus. Egestas namque
 et pauperies poena est ultima, in qua dam-
 nati nihil divitiarum merentur: qua-
 si viator veniet, quia improvisa et
 subitanea: quasi vir armatus, quia devini-
 cus repelus non potest.

Teria V.

Latio I.

De libro Proverbiorum. cap. 10.
 Filius sapiens letificat patrem, filius vero stul-
 tus molestus est matri suae. et ille proderunt
 se lauri impietatis: iustitia vero liberalitatem
 facit. et non affliget Dominus fame animam iusti,
 sed iniquitas impiorum subvertet. Egestatem que-
 rit manus remissa: manus autem fortium
 in divitias parat. qui nititur mendaciis, huius parsit
 ventos: idem autem ipse sequitur aves vo-
 lantes. & qui congregat in mense, filius
 sapiens est, qui autem stertit ostiis, filius

confusionis. Benedictio Domini super caput
iusti: os autem impiorum operit iniquitas.
Memoria iusti cum laudibus: et nomen impio-
rum putrescet. Sapiens corde procopta suscipit:
stultus edithur labiis. g. qui ambulat sim-
pliciter, ambulat confidenter: qui autem
depravat vias suas, manifestus erit. qui
annuit oculo, dabit dolorem: et stultus labiis
verberabitur. Vena vitæ os iusti: et os im-
piorum operit iniquitatem. Odium furæ
et rixas: et universa delicta operit charitas.
In labiis sapientis invenitur sapientia, et
virga in dorso eius, qui indiget corde. & Sa-
pientes abscondunt scientiam: os autem
stulti confusioni proximum est. Substan-
tia divitis urbs fortitudinis eius: pavor
pauperum egestas eorum. Opus iusti ad vitam:
fructus autem impii ad peccatum. Via vitæ
custodienti disciplinam, qui autem increpa-
tiones relinquit, errat. In multiloquio non
decribit peccatum: quia autem moderatur labia
sua, prudentissimus est.

R. ex I. et Ob. Dominicis precedentibus.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Papæ.

l. past. p. 8. cap. 111.

In multiloquio non decribit peccatum. ad-
monendi sunt (igitur) multiloquio va-
cantes, ut vigilantè afficiant, a quanto
retiludinis statu depercant, dum per multi-
plicia verba dilabuntur. Humana etiam
mens, aquo more circumclusa, ad superiora
colligitur, quia illud repetit, unde descendit:
et relaxata deperit, quia se per infima
inutiliter spargit. quos enim super va-
cuis verbis a silentii sui censura dissi-
patur, quasi tot rivis extra se ducitur.
unde et redire interius ad sui cognitio-
nem non sufficit, quia per multiloquium

parfa a secreto se intimo considerationis
excludit: totam vero se insidiantis hostis ve-
neribus delegit, quia nulla munitione
astodio circumcludit. Unde scriptum est:
sicut, verba patens et absque murorum am-
itu, ita vir, qui non potest in loquendo
retinere spiritum suum. Quia enim mu-
num silentii non habet, patet inimici
oculis civitas mentis: et cum se per verba
tra semetipsam eicit, apertam se adver-
sario ostendit. quam tanto ille sine labore
operatur, quanto et ipsa, quo vincitur,
intra semetipsam per multiloquium
agnat. Plerumque autem, quia per
eodam gradus desidiofa mens in lapsum
su impellitur, dum otiosa cavere ver-
ba negligimus, ad noxia pervenimus:
a prius loqui aliena libeat, postmodum
etractionibus eorum vitam, de quibus
quiritur, mordeat; ad extremum vero
etque ad apertas lingua contumelias
rumpat. Hinc seminantur stimuli,
iunguntur rixae, auentuntur faces odio-
rum, pax exstinguitur cordium.

Feria VI.

Lectio I.

De libro Proverborum. cap. 12.

qui diligit disciplinam, diligit scientiam.
qui autem diligit increpationes, insipiens est.
qui bonus est, hauriet gratiam a Domino:
qui autem confidit in cogitationibus suis,
inipie agit. et non roborabitur homo ex im-
pietate. et radix iustorum non commove-
bitur. Cogitationes iustorum iudicia: et con-
silia impiorum fraudulentia. et Verba impio-
rum insidiantur sanguini: os iustorum
liberabit eos. Verbe impios, et non erunt.
domus autem iustorum permanebit. Latina

sua noscitur vir: qui autem vanus est, excors
 est, patetibi contemptui. Melior est pauper
 et sufficiens sibi, quam gloriosus et indi-
 gens pane. Qui operatur terram suam,
 satiabitur panibus: qui autem sedatur otium,
 fluctissimus est. g. qui suavis est in vini
 demorationibus, in suis munitionibus
 relinquit contumeliam. Desiderium impij
 munimentum est pessimorum: radix autem
 iustorum proficit. Propter peccata labiorum
 ruina proximali malo: effugiet autem iustus
 de angustia. De fructu oris sui unusquisque
 replebitur bonis, et iuxta opera manuum
 suarum retribuetur ei. * Via stulti recta in
 oculis eius: qui autem sapiens est, audit
 consilia. Fatuus statim indicat iram
 suam: qui autem dissimulat iniuriam,
 callidus est. qui quod novit loquitur, index
 iustitiae est: qui autem mentitur, testis
 est fraudulentus. Labium virtutis fir-
 mum erit in perpetuum: qui autem
 testis est repentinus, concinnat linguam
 mendacii. Dolus in corde cogitantium
 mala: qui autem pacis inveniunt consilia,
 sequitur eos gaudium. Non contristabit
 iustum quid quid ei acciderit: impij autem
 replebuntur malo.

Reg. ex II. vob. Dominico precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Iohannis Chrysostomi.

hom. de ferendis reprehens. J. III.

Amici siue iure siue iniuria arguant, non
 exprobrandi sed corrigendi animo arguant.
 Inimici vero, etiamsi iure arguant,
 non corrigendi sed infamandi animo ar-
 guant. Hi igitur cum laudant, iudicent,
 ut meliorem efficiant, illi vero etiamsi
 laudent, supplantare conantur. Ceter-
 um ~~etiam~~ quoque modo reprehensio accidat,

magnum certe bonum est, si quis reprehensionem
 criminationesque ita ferre possit,
 ut non exasperetur. qui enim odit increpa-
 tiones, ait scriptura, insipiens est. non dixit
 tales vel tales increpationes, sed tantum
 increpationes. ut si iure arguatur amicus,
 eum corrige, si absque ratione, lauda
 eum, scopus enim eius ad proba, amici-
 tiam gratiam consistere: ex magno quippe
 more accusatio proficitur. nec floma-
 remur, cum arguimur. si admodum
 utile est vite nostrae, si ab omnibus fiat: si
 peccantes arguamus, et dum labimur,
 ab aliis argui libenter feramus. In peccatis
 enim idem sunt reprehensiones, quod in vul-
 neribus remedia. quemadmodum igitur
 auctor est, qui pharmaca recusat, ita et insa-
 nus is, qui reprehensiones non admittit.
 et omnia subvertit, hoc vitam nostram
 confundit, quod nec reprehensi generose fe-
 ramus, neque alios reprehendere velimus.
 Nec enim molesti sumus cum arguimus,
 quia exasperamur cum arguimur. Enim-
 vero si sciret frater tuus, se abs te lauda-
 tum iri, si te argueret, reprehensus disci-
 plinam rependeret vicem.

Sabbato.

Lectio I.

De libro Proverbiorum. cap. 15.

Responsio mollis frangit iram: sermo du-
 rus suscitabat furorem. Lingua sapientium
 ornata scientiam: os fatuorum ebullit in
 insipientiam. In omni loco oculi Domini contem-
 plantur bonos et malos. Lingua placa-
 bilis lignum vite: quae autem im-
 moderata est, conteret spiritum. Stultus
 iridet disciplinam patris sui: qui autem
 custodit increpationes, astutior fiet. *

In abundantia iustitia virtus maxima est: cogitationes autem impiorum eradicabuntur. Domus iusti plurima fortitudo: et in fructibus impii conturbatio. Labia sapientium dispensabunt scientiam: cor stultorum dispinile erit. Victimae impiorum abominabiles Domino: vota iustorum placabilia. Abominatio est Domino via impii: qui sequitur iustitiam, diligetur ab eo. g. Doctrina mala deserenti viam vitae: qui increpationes odit, morietur. Infernus est perditio coram Domino: quanto magis corda filiorum hominum? Non amat pestilens eum, qui se corripit, nec ad sapientes graditur. Cor gaudens exhibet faciem: in moerore animi deum dicitur spiritus. & Cor sapientis querit doctrinam: et os stultorum pascitur imperitia. Omnes dies pauperis mali: securus meus quasi iuge convivium. Melius est parum cum timore Domini, quam thesauri magni et insatiabiles. Melius est vocari ad olera cum charitate, quam ad vitulum saginatum cum odio. Vir iracundus provocat rixas; qui patiens est, mitigat fuscitatas.

Ref. ex III. abbat. Dominicae praecedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Papae.

l. 5. moral. cap. 45.

Quanta sit iracundia culpa, pensemus: per quam dum mansuetudo remittitur, superne imaginis similitudo vitiat. Per iram sapientia perditur, ut quid, quove ordine agendum sit, omnino nesciatur. Per iram vita amittitur, et si sapientia teneri videatur. Per iram gratia vite socialis amittitur, quia qui se ex humana ratione non temperat, necesse est, ut bestialiter solus vivat. Per iram concordia rumpitur, sicut scriptum est. vir animosus parit

vixas. Duobus (autem) modis fracta possidere
 minimum ira desuescit. Primus quippe est,
 ut mens sollicita antequam agere quodlibet
 incipiat, omnes sibi, quas pati potest, con-
 tumelias proponat, quatenus Redemptoris
 sui probra cogitans ad aduersa se preparat.
 quo nimirum venientia tanto fortior
 excipit, quanto se cautius ex praescientia
 er maruit. Secundus autem seruando man-
 suetudinis modus est, ut cum alienos ex-
 ceptus aspiciamus, nostra, quibus in aliis
 excipimus, delicta cogitemus. Considerata
 nimirum infirmitas propria, mala nobis
 excusat aliena. Patienter terque namque illa-
 tam iniuriam tolerat, quippe meminuit, quod
 et sepe adhuc habeat, in quo debeat ipse tole-
 rari. Et quasi aqua ignis exstinguitur, cum
 surgente furore animi, sua cuique ad men-
 tem culpa reuocatur: quia erubescit peccata
 non parcere, qui vel Deo vel proximo sepe
 excipit parcenda peccata.

Ad Vesperas. Duplex.

Ad Magnif. ant. Timor Domini disci-
 plina sapientiae, et gloriam praecedit
 humilitas. Prov. 15.

Oratio Sacra. Gelas.

Omnipotens sempiternae Deus, qui a-
 bundantia pietatis tuae et merita sup-
 pliam excedis et vota: effunde super
 nos misericordiam tuam; ut dimittas
 quae conscientia metuunt, et adiuicias,
 quod oratio non profumit. Per Dominum.

Dominica XI. post Pentecosten.

Duplex maior. jr. lect.

In I. et nocturno.

Lectio I.

De libro Proverbiorum. cap. 16.

Hominiis est animam preparare, et Domini
 gubernare linguam. Omnes vie hominis
 patent oculis eius: spirituum ponderator
 est Dominus. Revela^{ad Dominum} opera tua, et dirigen-
 tur cogitationes tuae. Universa propter
 semetipsum operatus est Dominus, impium
 quoque ad diem malum. Abominatio
 Domini est omnis arrogans: etiamsi ma-
 nus ad manum fuerit, non est innocens.
 Initium vie bono facere iustitiam: accepta
 est autem apud Deum magis, quam immo-
 lare hostias. Misericordia et veritate redimi-
 tur iniquitas: et in timore Domini dedira-
 tur a malo. Cum placuerint Domino vie homi-
 nis, inimicos quoque eius convertet ad pacem.
 Ps. ex Dominica procedente.

Lectio II.

Melius est parum cum iustitia, quam multi
 fructus cum iniquitate. Cor hominis dispo-
 nit viam suam: sed Dominus est, dirigere
 gregem eius. Popule sapientiam, quia auro
 melior est: et adquire prudentiam, quia
 pretiosior est argento. Semita iustorum
 declinat mala: custos animo servat viam
 suam. Contentionem procedit superbia:
 et ante ruinam exultatur spiritus. Me-
 lius est humiliari cum militibus, quam
 dividere spolia cum superbis. Eruditus in
 verbo reperiet bona: et qui sperat in Domino,
 beatus est.

Lectio III.

Qui sapiens est corde, appellabitur prudens;
 et qui dulcis eloquio, maiora percipiet.
 Fons vite eruditio populeantis: doctrina
 stultorum stultitas. Cor sapientis eru-
 diet os eius, et labius eius addet gratiam.
 Fons mellis composita verba: dulcedo
 animo sanitas opium. Est via, que videtur
 homini recta: et novissima eius ducunt

ad mortem. Anima laborantis laborat
sibi, quia compulit eum os suum.

Lectio IV.

Via impius fodit malum, et in labiis eius
ignis ardescit. Homo perversus suscitabit
lites: et verbosus separat principes. Vir
iniquus laedat amicum suum, et ducit
eum per viam non bonam. Qui a thronis
oculis cogitat prava, mordens labia sua
perficit malum. Corona dignitatis senec-
tus, que in viis iustitie reperitur. Melior
est pateris viro forti, et qui dominatur
vini suo, expugnatore urbium. Sorites
mittuntur in sinum, sed a Domino tem-
perantur.

Gr II. Nostrano.

~~Ex lib~~ Lectio V.

Ex libro sancti Gregorii Episcopi et
Martyris contra hereses. l. 5. cap. 3. 4.

Traditionem apostolorum in toto mundo
manifestatam, in omni ecclesia adest respicere
omnibus, qui vera velint videre: et habe-
mus annumerare eos, qui ab apostolis
instituti sunt Episcopi in ecclesiis, et suc-
cessores eorum usque ad nos, qui nihil tale
ocurrunt, neque cognoverunt, quale ab
hereticis deliratur. Etiam si recondita
mysteria sciant apostoli, que seorsum
latenter ab reliquis perfectos docebant,
his vel maxime tradenda, quibus etiam
ipsas ecclesias committebant. valde enim
perfectos et irreprehensibiles in omnibus
eos volebant esse, quos et successores relin-
quebant, suum ipsorum locum magiste-
rii tradentes: quibus emendate agenti-
bus fuerit magna utilitas, lapsis autem
summa calamitas.

Lectio VI.

Sed quoniam valde longum est omnium
 ecclesiarum enumerare successiones; maxi-
 mo et antiquissimo, et omnibus cognita,
 a gloriosissimis duobus apostolis Petro et
 Paulo Romae fundata et constituta ecclesia,
 eam, quam habet ab apostolis, traditionem,
 et annuntiatam hominibus fidem, per suc-
 cessiones episcoporum pervenientem usque
 ad nos, indicantes confundimus omnes eos,
 qui quoque modo, vel ~~se~~ per sibi placentia,
 vel vanam gloriam, vel per cecitatem et ma-
 lam sententiam, prosterquam oportet colli-
 gunt. Ad hanc enim ecclesiam propter potioram
 principalitatem necesse est omnem convenire
 ecclesiam, hoc est, eos qui undique fideles:
 in qua semper ab his, qui sunt undique, con-
 servata est ea, quae est ab apostolis, traditio.

Lectio VII. cap. 4.

Tanto igitur ostensiones cum sint, non oportet
 adhuc quorere apud alios veritatem,
 quam facile est ab ecclesia sumere; cum apo-
 stoli, quasi in depositarium dives, plenissime
 in eam contulerint omnia, quae sunt
 veritatis: uti omnis, qui cumque velit, su-
 mat ea ea potum vite. Haec est enim vite
 introitus; omnes autem reliqui fures sunt
 et latrones. Propter quod oportet evitare
 quidem illos; qui autem sunt ecclesia, cum summa
 diligentia diligere, et apprehendere veritatis
 traditionem.

Lectio VIII.

Quid enim? Et si de aliqua modica questio-
 ne disceptatis esset, nonne oporteret in
 antiquissimas recurrere ecclesias, in qui-
 bus apostoli conversati sunt, et ab eis de pro-
 senti questione sumere, quod certum et
 re liquidum est? Quid autem, si neque

Apostoli quidem scripturas reliquissent no-
bis, nonne oportebat ordinem sequi traditio-
nis, quam tradiderunt iis, quibus committe-
bant iudeas? Cui ordinationi asserunt
multo gentes barbarorum, eorum qui in
Christum credunt, sine charta et atramento
scriptam habentes per Spiritum in cordibus
suis salutem, et veterem traditionem dili-
genter custodientes.

In III. nocturno.

Lectio IX.

Incipit epistola secunda beati Pauli
apostoli ad Timotheum. cap. i.
Paulus apostolus Iesu Christi per voluntate
in Dei, secundum promissionem vite,
is est in Christo Iesu: Timothee charissimo
gratia, misericordia, pax a Deo Patre
et Christo Iesu Domino nostro. gratias ago
tibi, cui seruo a progenitoribus in confi-
dentia pura, quod sine intermissione habeam
in memoriam in orationibus meis,
nocte ac die, desiderans te videre, memor
ergo marum tuarum, ut gaudio implear.

Lectio X.

Recordationem accipiens eius fidei, quo
in te non ficta, qua et habitavit pri-
mum in avia tua Loide, et matre tua
mice, certus sum autem, quod et in te.
propter quam causam admonco te, ut
desistas gratiam Dei, que est in te per
oppositionem manuum mearum. Non
enim dedit nobis Deus spiritum timoris,
et virtutis, et dilectionis, et sobrie-
tatis.

Lectio XI.

Soli itaque erubescere testimonium
Domini nostri, neque me vinculum eius:

Sed collabora Evangelio secundum visum
 tem Dei, qui nos liberavit, et vocavit
 vocatione sua sancta, non secundum
 opera nostra, sed secundum propositum
 suum et gratiam, quae data est nobis in
 Christo Jesu ante tempora secularia; ma-
 nifestata autem est nunc per illumina-
 tionem Salvatoris nostri Jesu Christi, qui
 destruxit quidem mortem, illuminavit
 autem vitam et incorruptionem per
 Evangelium, in quo positus sum ego
 predicator et apostolus, et magister
 gentium. Ob quam causam etiam hoc
 patior, sed non confundor. Scio enim,
 cui credidi, et certus sum, quia potens
 est depositum meum servare in illum
 diem.

Lectio XII.

Formam habe sanorum verborum, quo
 a me audisti in fide et in dilectione in
 Christo Jesu. Bonum depositum custodi
 per Spiritum sanctum, qui habitat in
 vobis. Scis hoc, quod a versi sunt a me om-
 nes, qui in Asia sunt, ex quibus est
 Phygellus et Hermogenes. De misericor-
 diam Dominus Onesiphori domui:
 quia saepe me refrigeravit, et catenam
 meam non erubuit, sed cum Romam ve-
 set, sollicitate me quosivit, et invenit. De illi
 Dominus invenire misericordiam a Do-
 mino in illa die. Et quanta Ephesi mi-
 nistravit mihi, tu melius nosti.

Sequentia sancti Evangelii secundum
 Marcum. cap. 7.

In illo tempore: Exiens Jesus de finibus
 Tyri venit per Sidonem ad mare Galilee,
 inter medios fines Decapoleos. Et adducunt

surdum et mutum; et deprecabantur
 eum, ut imponat illi manum. Et appre-
 hendens eum de turba seorsum, misit digitos
 suos in auriculas eius: et expressens reliquit
 linguam eius; et suspiciens in caelum
 genuit, et ait illi: ~~Ephe~~ Ephpheta, quod
 significat adaperire. Et statim aperte sunt aures
 eius, et solutum est vinculum linguae eius,
 et loquebatur recte. Et praecipit illis, ne cui
 dicerent. quanto autem eis praecipiebat,
 tanto magis plus predicabant, et eo am-
 plius admirabantur, dicentes: bene omnia
 fecit; et surdos fecit audire, et multos loqui.
Benedi. aut. Statim aperte sunt aures
 eius, et solutum est vinculum
 linguae eius: * et loquebatur recte. Marc. 7.
Magnif. aut. Bene omnia fecit: * et
 surdos fecit audire, et multos loqui. Marc. 7.

Tercia II.
Lectio I.

De libro Proverbiorum. cap. 18.
 Impius, cum in profundum venerit
 iustorum, contemnit: sed sequitur eum
 in nomina opprobrium. Aqua profunda
 abscondit: et torrens redundans fons
 scientiae. Accipere personam impii non est
 sapientium, ut declines a veritate iudicii. Labia
 stulti miscent se rixis, et os eius iurgia provo-
 cat. Os stulti contribitio eius, et labia ipsius
 aperit in perniciem animae eius. Verba bilivis quasi
 impetia: et ipsa perveniunt usque ad in-
 teriora ventris. * Ogrum deicit timor:
 nimis autem esse minatorum esurient.
 In molli et dissolutus est in opere suo, frater
 suus: quia opera dissipantis. Turris fortissima
 in domo Domini: ad ipsum currit iustus,

et exaltabitur. antequam conteratur, exal-
tatur cor hominis; et antequam glorificetur,
humiliatur. ¶ Qui prius respondet quam au-
diat, stultum se esse demonstrat et confusione
dignum. Spiritus viri sustentat imbecillitatem
suam; spiritum vero ad irascendum facilem,
quis poterit sustinere? Cor prudens possidebit
scientiam, et auris sapientium querit. Dabi-
nam. Donum hominis dilata viam eius,
et ante principes spatium ei facit. * Justus
prior est accusator sui: venit amicus eius, et
investigabit eum. Contradictiones comprimunt
lors, et inter potentes quoque diiudicat. Frater,
qui adiuratur a fratre, quasi civitas firma:
et iudicia quasi vestes urbecum. De fructu oris
viri replebitur ventra eius: et gemina
labiorum ipsius saturabunt eum. Mos et
vita in manu lingue: qui diligunt eam,
comedent fructus eius.

Ex I. Octaviano Dominico X.

Lectio II.

Sermo sancti Iohannis Chrysostomi.
l. i. ad Theodoram.

Nequaquam peccatorum multitudo in
desperationem conicere solet, sed anima ex se
inipia. qua propter Salomon non dicitur sim-
pliciter: quis quis venit in profundum ma-
lorum, contemnit; sed inipius tantum. Im-
piorum enim dumtaxat est ille morbus,
quando in profundum malorum vene-
riunt. Et hoc ipsis ne respiciendi quidem
facultatem relinquit, neque eo revertendi,
unde exciderat. Nam flagitiosa illa cogi-
tatio tanquam iugum quoddam ligneum
animo cervici impositum, et compellens
oculos in terram demittere, prohibet, ne
ad Dominum suum respiciat. Propterea
enim diabolus nos in desperatas cogitationes

iniciat, ut spem erga Deum prociat: anho-
 ram nempe salutem vite que nostra susten-
 aculum, duce in via nostra ad coelum sa-
 lum perditarum animarum. Spe enim
 huius facti sumus. Hoc, inquam, hoc velut
 hinc fortis de caelo pendens, animas sustinet
 ostros, et ad cacumen illud paulatim trahit
 os, qui hanc firmiter tenet, et a procellis ma-
 rum presentis vite abripit. Si quis igitur
 ro mollietate hanc Anchoram dimittat,
 latim ~~de~~ decidit et suffocatur, in abyssum
 aethere demersus. quodcum sciat malignus
 re, postquam nos malorum operum
 nscientia oneratos sensit, irruens et ipse
 operationis cogitationem plumbo gravio-
 in immittit: quam si susceperimus, ne-
 he est pondere statim avulsos, et catena
 a abstractos, in profundum malorum
 primi.

Feria III.

Lectio I.

De libro Proverborum. cap. 19.

Melior est pauper, qui ambulat in sim-
 licitate sua, quam dives torquens labia
 ra, et insipiens. ubi non est scientia
 nimo, non est bonum: et qui festinus
 pedibus, offendet. Aulibia hominis
 pplantat greges eius, et contra Deum
 eret animo suo. Divitiae addunt a-
 rios plurimos: a paupere autem et
 i, quos habuit, separantur. qui tantum
 rba seclatur, nihil habebit: qui autem
 ropepor est mentis, diligit animam
 nam, et custos prudentie inveniet bo-
 na. * Falsus testis non erit impunitus:
 et qui loquitur mendacia peribit.

c Non decent stultum delicias, nec servum
 d Dominari principibus. Doctrina viri
 e per patientiam noscitur: et gloria eius
 f est iniqua protergredi. Dolor patris filius
 g stultus; et lecta iniquiter ~~per~~ persillantia,
 h litigiosa mulier. Domus et divitiae dan-
 i tur a parentibus: a Domino autem proprie
 k uxor prudens. **g.** Pigredo immittit sopo-
 rem, et anima dissoluta querit. qui
 custodit mandatum, custodit animam
 suam: qui autem negligit viam suam,
 mortificabitur. Toeneratur Domino qui
 miseretur pauperis: et vicissitudinem
 suam reddet ei. Erudi filium tuum,
 ne desperes: ad interfecionem autem
 eius ne ponas animam tuam. qui im-
 patientis est, sustinebitur damnatum: et cum
 rapuerit, aliud apponet. * Audi consilium,
 et suscipe disciplinam, ut sis sapiens in corde
 viri: voluntas autem Domini perma-
 nebit. Homo indigens misericors est:
 et melior est pauper, quam dives mendax.
 Timor Domini ad vitam, et in plenitu-
 dine commorabitur absque visitatione
 peccata. Abscondit piger manum suam
 sub ascella, nec ad os suum applicat eam.
 Pestilente flagellato stultus sapientior erit:
 si autem corripueris sapientem, intelliget
 disciplinam.

Ex II. docturno Dominico X.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii bapo.

lib. past. P. 13. cap. 9.

Qui impatientis est, sustinebitur damnatum. Impa-
 tientes dum perturbationi suo minime ob-
 sistunt, etiam si quo a se tranquilla mente
 fuerunt bene gesta, confundunt; et improvise

impulsu destruant, quid quid forsitan diu
 labore provido construxerunt. ipsa namque,
 ut mater est omnium custosque virtutum,
 ex impatientis vitium virtus amittitur
 civitatis. Scriptum quippe est: charitas patiens
 igitur cum minime est patiens, charitas
 non est. Per hoc quoque impatientis vitium
 la virtutum nutritrix doctrina dissipatur; scis-
 im namque est: doctrina viri per patientiam
 scitur. Tanto ergo quisque minus offenditur
 chus, quanto minus convincitur patiens.
 que enim potest veraciter bona docendo in-
 dere, si vivendo nescit equanimiter aliena
 ea tolerare. Per hoc quoque impatientis
 hium plerumque mentem arrogantis culpa
 suscipit: quia dum despici in mundo hoc
 isque non patitur, bona, si qua sibi occulta
 si, ostentare conatur, atque si per impa-
 rentiam usque ad arrogantiam ducitur.
 mque ferre deprecationem non potest, dele-
 do semelipsum in ostentatione gloriatur.
 de scriptum est: melior est patiens arroganti;
 via videlicet eligit patiens quolibet mala
 perpeti, quam per ostentationis vitium bona
 a occulta cognosci. At contra eligit arro-
 ns bona de se vel falsa iactari, ne mala
 bil vel minima perpeti. quia igitur igitur
 r patientia relinquitur, etiam bona re-
 qua, que iam gesta sunt, destruantur.

Feria IV.

Lectio I.

De libro Proverbiorum. cap. 21.

omnis via viri recta sibi videtur; apponit
 etiam coram Domino. Facere misericordi-
 am et iudicium magis placet Domino, quam

vultu. Exaltatio oculorum est dilatio
 cordis: lucerna impiorum peccatum. Co-
 gitationes robusti semper in abundantia;
 omnis autem piger semper in egestate est.
 Qui congregat thesauros lingua mendacii,
 vanus et excors est, et inspingetur ad la-
 queos mortis. * Qui obturat aurem suam
 ad clamorem pauperis, et ipse clamabit, et
 non exaudietur. Manus absconditum oculi-
 quid vias, et donum in sinu indignationem
 maximam. Gaudium iusto est facere iudicium,
 et pavor operantibus iniquitatem. Vir, qui
 erraverit a via doctrinae, in caelum gigantum
 commemorabitur. 9. Thesaurus deside-
 rabilis et olivum in habitaculo iusti: et
 imprudens homo dissipabit illud. qui se-
 quitur iustitiam et misericordiam, inveniet
 vitam, iustitiam et gloriam. qui custodit os
 suum et linguam suam, custodit ab angustiis
 animam suam. Desideria occidunt pigrum;
 noluerunt enim quidquam manus eius operari:
 tota die concupiscit et desiderat: qui autem
 iustus est, tribuit et non cessabit. * Hostie im-
 piorum abominabiles, quia offeruntur ex
 scelere. Testis mendax peribit: vir obediens
 loquetur victoriam. vir impius procaute offi-
 mat vulnere suum: qui autem rectus est, corrigit
 viam suam. Non est sapientia, non est prudentia,
 non est consilium contra Dominum. Equus
 paratur ad diem belli: Dominus autem salutem
 tribuit.

R. G. ex III. et Ordine Dominico X.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Papae.

l. 55. moral. cap. 111.

Sola virtus est obedientia, qua virtutes ceteras
 menti inserit, in se hasque custodit. sola est, qua
 fidei meritum popidet, sine qua quis que

fidelis esse convincitur, etiam si fidelis esse
 eatur. Hinc per Salomonem in offen-
 ne obedientie dicitur: vir obediens lo-
 ctur victorias. Vir quippe obediens victo-
 os loquitur: quia dum alieno voci humili-
 er subditur, nos metipsum in corde supera-
 is. Hinc in evangelio veritas dicit: Eum,
 i venit ad me, non euciam foras: quia de
 o descendi, non ut faciam voluntatem
 am, sed voluntatem eius, qui misit me.
 oniam (enim) primus homo, quia suam
 ere voluntatem voluit, a paradisi gau-
 exivit: secundus ad redemptionem homi-
 u veniens, dum voluntatem se Patris
 non suam facere ostendit, permanere nos
 us docuit. Cum igitur non suam, sed
 is voluntatem facit, eos qui ad se ve-
 nt, foras non eucit: quia dum exemplo
 nos obedientie subicit, viam nobis egres-
 nis claudit. Hinc rursum ait: non
 dum ego a me ipso facere quidquam,
 sicut audio iudico. et vobis quippe obe-
 ntia usque ad mortem servanda preci-
 us. Ipse autem si sicut audit iudicat,
 u quoque obedit, cum iudex venit. et
 sur nobis usque ad presentis vite terminum
 dientia laboriosa appareat, Redemptor nos tra-
 icat, quia hanc etiam cum iudex venerit,
 eat. Quid ergo mirum, si homo peccator
 obedientie in presentis vite brevitate
 iicit, quando hanc Mediator Dei et hominum,
 um obediens remunerat, non relinquit?

Feria V.

Lectio I.

De libro Proverborum, cap. 24.
 et mulieris viros malos, nec desideros esse cum
 quia rapinas meditatur mens eorum, et
 ides labia eorum loquuntur, Eruc eos, qui

Ducuntur ad mortem: et qui habentur ad
interitum, liberare ne cōspes. Si dixeris: vi-
res non suspēdunt; qui inspector est cordis,
ipse intelligit, et servatorem animo tuo nihil
fallit, reddetque homini iuxta opera sua. *
comede fili mi mel, quia bonum est, et favum
dulcissimum gutturi tuo. Sic et doctrina sapi-
entis animo tuo: quam cum inveneris, habebis
in novissimis spem, et spes tua non peribit.
Ne infidieris, et queras impietatem in domo
iusti, neque vastes requiem eius: Septies enim
cadet iustus, et resurget: impius autem corruent
in malum. ¶ Cum ceciderit inimicus tuus,
ne gaudeas, et in ruina eius ne exultet cor
tuum: ne forte videat Dominus, et displic-
eat ei, et auferat ab eo iram suam. Ne
contendas cum peccatis, ne emuleris impios:
quoniam non habent futurorum spem,
et lucerna impiorum extinguetur. Time
Dominum fili mi, et regem: et cum de hato-
ribus ne commiscearis: quoniam repente con-
surgat pēditio eorum: et ruina utriusque
quis novit? * Hoc quoque sapientibus: cog-
noscere personam in iudicio non est bonum.
Qui vivunt in pio: iustus es; maledicentis
populi, et detestabuntur eos tibus. qui ar-
guunt eum, laudabuntur, et super eos veniet
benedictio. Præpara foris opus tuum, et diligenter
exerce agrum tuum: ut postea edifices domum
tuam. Ne sis testis frustra contra proximum
tuum: nec laces quemquam labiis tuis. Ne dicas:
quomodo fecit mihi, si faciam ei: reddam uni-
cuique secundum opus suum.

Reg. ex I. et Volturno Dominico X.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Papæ.

l. 10. moral. cap. 15.

Quisquis iam prava a se opera exterius refert,
neque profecto est, ut ad semetipsum rediens,

celeriter sese in mentis intentione discernat;
 et culpa, quam iam in actione non habet,
 adhuc in cogitatione perduret. Unde bene per
 Solomonem dicitur: prepara foris opus tuum,
 diligenter exerce agrum tuum; ut postea
 edifices domum tuam. Quid ^{namque} ~~est~~ est, propa-
 ra opere agrum exterius diligenter exerce,
 ut evulsis iniquitatis sentibus, actionem
 optimam ad frugem retributionis excolere.
 Quid est, post agri exercitium ad edificium
 tuum redire, nisi quod plerumque ex bonis
 scribis discimus, quantum vite munditiam
 cogitatione confuamus? bene cuncta namque
 bona opera ex cogitatione procedunt; sed sunt
 multa cogitationis acumina, quae ex ope-
 ratione nascuntur. Nam sicut ab animo
 sumitur, ita rursus ab opere animus
 videtur. Meus quippe divini amoris exor-
 tator, imperat bona quae fiunt; sed
 siquam fieri imperata ceperint, ipsi suis
 excitata actionibus discit, cum imperare
 non nichil avertat, quantum minus videbat.
 Ergo ager excolitur, ut domus postmo-
 dum construatur: quia plerumque ab exte-
 riori opere sumimus, quantum subtilitatem
 acutitudinis in corde tenemus.

Tercia VI.

Lectio I.

De libro Proverborum. cap. 28.

Regis impius nemine persequente: infans
 tam quasi leo confidens absque terrore
 est. Propter peccata terre multi principes
 mori: et propter hominis sapientiam et ho-
 num scientiam, quo dicuntur, vita ducis
 longior erit. Vir pauper calumniatus pauperes,
 similis est imberi vehementi, in quo paratur
 amarus. qui derelinquunt legem, laudant
 impium: qui custodiunt, succeduntur

contra eum. & Viri mali non cogitant
 iudicium: qui autem inquirunt Dominum,
 animadvertunt omnia. Melior est pauper
 ambulans in simplicitate sua, quam dives in
 pravis itineribus. qui custodit legem, filius
 sapiens est: qui autem contemptores patris,
 confundit patrem suum. qui concervat divitias
 usuris et foenore, liberali in pauperes con-
 gregat eas. ¶ qui declinat aures suas, ne
 audiat legem, oratio eius erit execrabilis.
 qui decipit iustos in via mala, in interitu
 suo corruet: et simplices possidebunt bona
 eius. Sapiens sibi videtur vir dives, pauper
 autem prudens scrutabitur eum. In ex-
 ultatione iustorum multa gloria est: reg-
 nantibus impijs ruina hominum. &
 qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui
 autem confessus fuerit et reliquerit ea,
 misericordiam consequetur. Dealus homo,
 qui semper est pavidus: qui vero mentis est
 duro, corruet in malum. qui ambulat
 simpliciter, saluus erit: qui perverfis
 gravatur viis, concidet semel. qui corripit
 hominem, gratiam postea inveniet apud
 eum, magis quam ille, qui per lingua blan-
 dimenta decipit.

Reg. ex II. Nocturno Dominico X.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Ep. po.

L. 22. moral. cap. 15.

Cuique peccatori iam exordium illumina-
 tionis, est humilitas confessionis: quia sibi mel
 ipsi iam parcere renuit, qui malum non
 erubescit confiteri, quod fecit: et qui despen-
 dendo accusari potuit, accusando se celerime
 defendit. unde et Salomon ait: qui abscondit
 scelera sua, non dirigetur; qui autem confessus
 fuerit et dereliquerit ea, misericordiam conse-
 quetur. Sed inter hoc sciendum est, quod

lerumque homines et culpas confitentur, et
 similes non sunt. etiam multos novimus,
 qui argente nullo peccatores se esse confiten-
 tur: cum vero de culpa sua fuerint, forte esse
 crepti, defensionis patrocinium querunt,
 et peccatores esse videantur. qui si tunc, cum
 sponte dicunt, peccatores se esse veraci hu-
 militate cognoscunt, cum arguuntur ab aliis,
 de se, quod confessi fuerant, non negant.
 nam in re iudicia vero confessionis sunt, si
 unusquisque se peccatorem dicit, id de se di-
 cti etiam alteri non contradicit. Nam
 scriptum est: iustus in principio accusa-
 tus est, sed non magis peccator, sed iustus videri
 petiit, cum peccatorem se quisque nullo ar-
 gumento confitetur: sed confessionis veritatem
 obstat, cum alter malum, quod fecimus, in-
 culpatur. quod si superbe defendimus, liquet,
 nos peccatores nos ex nobis fuisse dicebamus.
 De summo opere curandum est, ut mala,
 quae fecimus, et sponte fateamur, et hoc aliis
 arguentibus non negemus. Superbia quip-
 pe vitium est, ut quod de se fieri quisque
 nisi sua sponte dignatur, hoc sibi diabolus
 dignetur.

Sabbato.

Lectio I.

De libro Proverbiorum. cap. 29.

Viri qui corripientem dura cervice con-
 temnunt, repente eis superveniet interitus,
 et cum sanitas non sequetur. In multiplicata-
 tione iustorum letabitur vulgus: cum impij
 insperando principatum, gement populus.
 Viri, qui amat sapientiam, letificat patrem
 suum: qui autem nudat secreta, perdet
 gloriam suam. Homo, qui blandis verbis
 et amonibus loquitur amico suo, re se expandit
 reprobis eius. * Virga atque correctio

tribuit sapientiam; puer autem, qui dimittitur voluntati suae, confundit matrem suam in multiplicatione impiorum multiplicabuntur scelera, et iusti minas eorum videbunt. Erudi filium tuum, et refrigerabit te, et dabit delicias animo tuo. Cum propheta defecerit, dissipabitur populus: qui vero custodit legem, beatus est. Seruus verbis non potest erudiri: quia quod dicit intelligit, et respondere contemnit. Vidisti hominem velocem ad loquendum? stultitia magis speranda est, quam illius correctio. Qui delicate a pueritia nutritur seruum suum, postea sentiet eum contumacem. Vir iracundus provocat rixas, et qui ad indignandum facilis est, erit ad peccandum proclivior. * Superbum sequitur humilitas: et humilem spiritum suscipiet gloria. qui cum fure participat, odit animam suam: ad iracundiam audit, et non indicat. qui timet hominem, cito corrumpet: qui sperat in Domino, subleuabitur. Multi requirunt faciem principis, et iudicium a Domino egreditur linguarum. Abominantur iusti virum impium: et abominantur impii eos, qui recta sunt via. Verbum custodiens filius, extra perditionem erit.

R. R. ex III. Nocturno Dominicae X.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Papae.

lib. 34. moral. cap. 23.

Alia vitia eas solummodo virtutes impetunt, quibus ipsa destruuntur: ut videlicet ira patientiam, gastrum magnam abstinentiam, libido continentiam expugnet. Superbia autem, quam vitiorum radicem dicimus, nequam unius virtutis extinctione contenta, contra cuncta animo membra se erigit, et

quasi generalis ac pestifer morbus corpus
 corrumpit: ut quidquid illa invadente
 vitur, etiam si esse virtus ostenditur, non
 ex hoc Deo, sed soli vano glorioe servitur.
 quasi enim tyrannus quidam obsepsam civita-
 tem inhercipit, cum mentem superbia irum-
 dit; et quo ditiores quemque ceperit, eo in-
 minio durior exurgit: quia quo amplius res,
 etibus sine humilitate agitur, eo latius ista
 minatur. Quisquis vero eius in se tyrannidem
 plura mente suscepit, hoc primum dam-
 num patitur, quod clauso cordis oculo, iudicii
 quietatem perdit. Nam civita, quo ab aliis
 et bene geruntur, displicent, et sola ei,
 no ipse vel prave egerit, placent. Semper
 aliena opera despicit, semper miratur quo
 se facit: quia et quidquid egerit, egisse
 singulariter credit, atque in eo, quod ex-
 itet per glorioe cupiditatem, sibi metipso
 vel per cogitationem: et cum se in civitis
 ans condere ceteros estimat, per lata cogi-
 tionum spatia se cum deambulans, laudes
 eos tacitus clamat. Sed tanto facilius ruina
 quidur, quanto apud se quisque impuden-
 ter exaltatur. Huius enim scriptum est: ante
 cinam exaltatur cor, et superbum se-
 ditur humilitas.

Ad vespuras Duplex.

Magnif. ant. Si quid vovisti Deo, ne mo-
 ris reddere: displicet enim ei infidelis, et
 acta promissio. Eccl. 5.

Oratio Saa. gelas.

omnipotens et misericors Deus, de cuius mu-
 ere venit, ut tibi a fidelibus tuis digne et
 adabili ter servitur: tribue, quo sumus; nobis;
 ad promissiones tuas sine offensione curamus.
 Domini num.

Dominica XII. post Pentecosten.

Duplex maior. 12. lect.

Incipit liber Ecclesiastes. cap. i.

Verba Ecclesiaste filii David, regis Iherusalem.
Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes, vanitas
vanitatum, et omnia vanitas. quid habet
amplius homo de universo labore suo, quo
laborat sub sole? generatio preterit, et gene-
ratio advenit: terra autem in eternum
stat. Oritur sol et occidit, et ad locum suum
revertitur: ibique renascens gyrat per meri-
diem, et flebitur ad aquilonem: lustrans
universa in circuitu pergit, spiritus, et in cir-
culos suos revertitur.

R. Cum esset sapientissimus Ecclesiastes, do-
cuit populum, et enarravit, quo fecerat; et
investigans composuit parabolas multas: et
quosivul verba utilia, et conscripsit sermones
rectissimos ac veritate plenos. V. Hoc scripta
sunt ad correctionem nostram, in quos fines
seculorum deventerunt. * quosivul. Ecle. 12. 1. Cor. 12.

Lectio II.

Omnia flumina intrant in mare, et mare non
redundat: ad locum, unde exeunt flumina,
revertuntur, ut iterum fluant. cuncta res
difficiles: non potest eas homo explicare sermone.
Et non saturatur oculus visu, nec auris auditu
impletur. quid est quod fuit? ipsum quod futu-
rum est; quid est quod factum est? ipsum quod
faciendum est. et nihil sub sole novum, nec valet
quisquam dicere: ecce hoc recens est; iam enim
procepit in seculis, quo fuerunt ante nos. et
est priorum memoria: sed nec eorum quidem,
que postea futura sunt, erit recordatio apud
eos, qui futuri sunt in novissimo.

R. Nolite diligere mundum, neque ea
que in mundo sunt: et quoniam omne quod
est in mundo, concupiscentia carnis est, et
concupiscentia oculorum, et superbia vite.
V. Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes,

Ex libro sancti Irenaei Episcopi et
Martyris contra hereses. l. 4. cap. 16.

Deus erga se dilectionem praecipiebat (antiquo
populo), et eam, quae ad proximum est, iusti-
tiam insinuabat, ut nec iniustus nec indig-
nus sit Deo; proficiens hominem per de-
calogum in suam amicitiam, et eam, quae
circa proximum est, concordiam; quae quidem
ipsi proderant homini, nihil tamen indi-
gente Deo ab homine. Propter hoc Scriptura
ait. hos sermones locutus est Dominus
ad omnem synagogam filiorum Israel
in monte, et nihil aviecit; nihil enim,
quem ad modum praediximus, indigebat
ab eis. Et iterum Moyses ait: Et nunc Is-
rael, quid Dominus Deus tuus postulata
te, nisi timere Dominum Deum tuum,
ambulare in omnibus viis eius, et dili-
gere eum, et servire Domino Deo tuo ex toto
corde tuo, et ex tota anima tua?

R. Homini bono dedit Deus sapientiam
et letitiam; peccatori autem afflictio-
nem et curam superfluum: et sedet hoc va-
nitas est, et cura sollicitudo mentis. V.
Radix omnium malorum est cupiditas,
quam quidam appetentes inferuerunt se
doloribus multis. et hoc vanitas. Eccl. 2. 1. Tim. 6.

Lectio VI.

Hoc autem gloriosum quidem faciebant hominem,
id, quod deerat ei, implentia, id est, amicitiam
Dei; Deo autem prostabant nihil: nec enim indi-
gebat Deus dilectione hominis. Deerat autem
hominis gloria Dei, quam nullo modo poterat peri-
pere, nisi per eam obsequentiam, quae est erga
Deum. Et propter iterum Moyses ait eis: elige
vitam, ut vivas tu et semen tuum, diligere
Dominum Deum tuum, exaudire vocem
eius, et apprehendere eum: quoniam haec
est vita tua, et longitudo dierum tuorum.

quam vitam prostruens hominem, decalogi
idem verba ipse per semetipsum omnibus
similiter locutus est: et ideo similiter perma-
uit apud nos, extensionem et augmentum,
non dissolutionem accipientia per carna-
m eius adventum.

Didici, quod omnia opera, quae fecit Deus,
et severant in perpetuum: & non possumus
quidquam addere nec auferre, quae fecit Deus,
et timeatur. V. quam desiderabilia omnia
veracius! omnia hoc vivunt, et manent
seculum seculi. & non possumus. Luce. 9.
li. 42.

Lectio VII.

videntibus autem praecepta separatim per
Mosem praecepit populo, apud illorum erudi-
tioni; quemadmodum ipse Moyses ait: Et
mihi praecepit Dominus in tempore illo: dicere
vobis iustificationes et iudicia. Hoc ergo quo
servitutem et in signum data sunt illis,
cum scripsit novum libertatis testamentum.
et autem naturalia, et liberalia, et com-
munia omnium, auxilium et dilatavit, sine
vidua largiter donans hominibus per a-
ptionem Patrem scire Deum, et diligere
eum ex toto corde, et sine adversatione sequi
ius Verbum, non tantum abstinentes a
illis operationibus, sed etiam a concupis-
centiis earum.

Sunt iusti atque sapientes, et opera eorum
manu Dei: & et tamen & nescit homo, u-
num amore an odio dignus sit. V. Omnis
a viri recta sibi videtur: adpendit autem
qua Dominus. & nescit. Luce. g. Prov. 21.

Lectio VIII.

auxilium autem etiam timorem: filios enim
suis timere oportet, quam servos, et maiorem
rebellionem habere in patrem. Et propter hoc

ait Dominus: omnem sermonem otiosum, quem locuti fuerint homines, reddent pro rationem in die iudicii; et: qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo; et: qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio; ut sciamus, quoniam non solum factorum reddemus rationem Deo, ut servi; sed etiam sermonum et cogitationum, tamquam qui et libertatis potestatem acceperimus; in qua magis probatur homo, si revercatur, et timeat, et diligat Dominum. Et propter hoc Petrus ait: non velamentum malitiae habere nos libertatem, sed ad probationem et manifestationem fidei.

R. Salus animo in sanctitate iustitiae, melior est omni auro et argento: miserere animo tuo placens Deo: * Congrega cor tuum in sanctitate eius. *V.* Christus ~~est~~ factus est nobis sapientia a Deo, et iustitia. * congrega. *V.* gloria. * congrega. *Gal.* 20. *i. Cor.* 1.

In III. Nocturno.

Lectio IX.

De epistola secunda beati Pauli apostoli ad Thimotheum. cap. 2.

Tu ergo fili mi confortare in gratia, quo est in Christo Iesu: et quo audivisti a me per multos testes, hoc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt et alios docere. Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, ut ei placeat, cui se probavit. Nam et qui certat in agone, non coronabitur, nisi qui legitime certaverit. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere. Intellige quod dicit: dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum.

R. siquid vovisti Deo, ne moreris reddere;

applicet enim ei infidelis et sœulta promissio:
multo melius est non vovere, quam post
sum promissa non reddere. *V.* Si nolueris
elliceri, absque peccato eris: quod autem sœcul
reptum est de labiis tuis, observabis. & multa.
Ecl. 5. Deut. 23.

Lectio X.

Amor esto Domini Jesum Christum resur-
xisse a mortuis ex semine David, secundum
evangelium meum, in quo laboro usque ad
vincula, quasi male operans: sed verbum Dei
non est alligatum. Pro omnia sustineo propter
lectos, ut et ipsi salutem consequantur, quo-
rum in Christo Jesu cum gloria cœlesti. Fidelis
eris: si sustinebimus, et conregnabimus:
negaverimus, et ille negabit nos: si non
edimus, ille fidelis permanet, negare Je-
sum non potest. Hoc commune, testifi-
coram Deo. Noli contendere verbis:
nihil enim utile est, nisi ad subversionem
dicentium.

Ne temere quid loquaris, neque cor tuum sit
velox ad proferendum sermonem: & idcirco sint
tui sermones tui. *V.* Nil omnis homo velox
ad audiendum, tardus autem ad loquendum.
Idcirco. Ecl. 5. Jac. 1.

Lectio XI.

Accipe cura te ipsum probabilem exhibere
operarium inconfutibilem, recte trahan-
te verbum veritatis. Profana autem et vani-
quia devota: multum enim proficiunt ad
aspicitatem, et sermo eorum ut cancer serpsit:
in quibus est Hymenœus et Philētus, qui a veri-
tate exciderunt, dicentes resurrectionem esse
factam, et subverterunt quorundam
fidei. Sed firmum fundamentum Dei stabit,
abens signaculum hoc: cognovit Dominus,
et sunt eius; et discedat ab iniquitate
omnis, qui nominat nomen Domini.

R. Memento creatoris tui in diebus iuven-
tulis tuis, ante tempus afflictionis: & ante-
quam revertatur pulvis in terram suam, et
spiritus redeat ad deum. V. Non demoreris
in errore impiorum; ante mortem confi-
tere, confiteberis viuis et sanis. & antequam.
Luce. 12. Gal. 19.

Lectio XII.

In magna autem domo non solum sunt vasa
aurea et argentea, sed et lignea et fictilia, et
quidam quidem in honorem, quorundam autem
in contumeliam. Si quis ergo mundaverit
se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum
et utile Domino, ad omne opus bonum pa-
ratum. Juvenilia autem desideria fuge;
seclare vero iustitiam, fidem, charitatem,
et pacem cum iis, qui invocant Dominum
de corde puro. Stultas autem et sine disci-
plina quæstiones evita, sciens qui generant
lites. Servum autem Domini non oportet
litigare sed mansuetum esse ad omnes, doci-
bilem, patientem, cum modestia corripien-
tem eos, qui resistunt veritati; ne quando
Deus det illis poenitentiam ad cognoscendam
veritatem, et resipiscant a diaboli laqueis, a
quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem.

R. pro Dominica. Seraphim clamabant
alter ad alterum: * Sanctus, sanctus, sanctus
Dominus Deus exercituum: et plena est
omnis terra gloria eius. V. Tres sunt, qui
testimonium dant in celo, Pater, Verbum
et Spiritus sanctus: et hi tres unum sunt.
* Sanctus. V. gloria. et plena. Isa. 6. i. Joan. 8.

R. infra hebdomadam. Finem loquendi
pariter omnes audiamus. * Deum time, et
mandata eius observa; hoc est enim omnis
homo. V. Finis precepti est charitas de corde
puro, et conscientia bona, et fide non ficta.

Deum. V. gloria. & Deum. Eccl. 12. j. Tim. j.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Lucam. cap. 10.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis:
cauti oculi qui vident, quo vos videtis.
Et ego enim vobis, quod multi prophetae et
reges voluerunt videre quo vos videtis, et
non viderunt; et audire quo auditis, et non
audierunt. Et ecce quidam legis peritus
erexit letans illum, et dicens: Magister,
quid faciendo vitam aeternam possidebo? ad
que dixit ad eum: ni lege quid scriptum est,
et modo legis? Ille respondens dixit: Diliges
dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et
tota anima tua, et ex omnibus viribus
tuis, et ex omni mente tua; et proximum
tuum sicut te ipsum. Dixitque illi: recte
promissum; hoc fac et viues. Ille autem
volens iustificare seipsum, dixit ad Jesum:
quis est meus proximus? Suscipiens
autem Jesus dixit: Homo quidam descen-
dit ab Ierusalem in Iericho, et incidit
a latronibus, qui etiam despoliaverunt
eum, et plagis inpositis abierunt, semivivo
 relicto. Accidit autem, ut sacerdos quidam
descenderet eadem via; et viso illo preterivit.
Similiter et Levita, cum esset secus locum
videret eum, pertransiit. Samaritanus
autem quidam iter faciens, venit secus eum;
videret eum misericordia motus est. Et
propinquans alligavit vulnera eius, infun-
dit oleum et vinum: et imponens illum
in iumentum suum, duxit in stabulum,
curam eius egit. Et altera die protulit
duos denarios, et dedit stabulario, et ait:
Curam illius habe: et quodcumque superero-
veris, ego cum rediero reddam tibi.
Quis horum trium videtur tibi proximus?

quispe illi, qui incidit in latrones? ab ille
dixit: qui fecit misericordiam in illum.
Et ait illi Jesus: vade, et tu fac similiter.

Ad Benedict. ant. Magister, quid faciendo
vitam eternam possidebo? ab ille dixit
adeum: in lege quid scriptum est? & qui
respondens dixit: Diliges Dominum Deum
tuum. Luc. 10.

Ad Magnif. ant. Diliges Dominum Deum
tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima
tua, et ex omnibus viribus, et ex omni
mente tua; et proximum tuum sicut
te ipsum: & hoc fac, et viues. Luc. 10.

Feria II.

Lectio I.

De libro Ecclesiastico. cap. 2. 13.

Cum me convertissem ad universa opera,
quo fecerant manus meae, et ad labores,
in quibus frustra sudaveram, vidi in om-
nibus vanitatem et afflictionem animi,
et nihil permanere sub sole. Transivi ad
contemplandam sapientiam, erroresque
et stultitiam: quid est, inquam homo, ut sequi
possit regem factorem suum? et vidi quod tan-
tum procederet sapientia stultitiam, quantum
differt lux a tenebris. & omnia tempus habent,
et hiis spatium transeunt universa sub caelo.
quid habet amplius homo de labore suo? vidi
afflictionem, quam dedit Deus filiis homi-
num, ut dispendantur in ea: cuncta fecit
bona in tempore suo, et mundum tradi-
dit dissertationi eorum, ut non inveniat
homo opus, quod operatus est Deus ab initio
usque ad finem. 9. Recognovi, quod non opus
melius, nisi latari, et facere bene in vita sua.
Omnis enim homo, qui comedit et bibit,
et videt bonum de labore suo, hoc donum

est. Iudicii quod omnia opera, quae fecit
us, perseverent in perpetuum: non possumus
eis quidquam addere, nec auferre,
eo fecit Deus, ut timeatur. quod factum
ipsum permanet: quod futura sua iam
erunt: et Deus inflavit, quod ab illis. *
si sub sole in loco iudicii impietatem, et in
eo iustitiam iniquitatem. Et dixi in corde
eo: iustum et impium iudicabit Deus,
tempus omnis rei tunc erit. Dixi in corde
eo de filiis hominum, ut probaret eos
us, et ostenderet, similes esse bestias. Omnia
runt ad unum locum: de terra facta
ab et in terram pariter revertentur.
ex I. et obs. Dominicae precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Papae.

l. 4. Dialog. cap. 4.

liber idcirco eulepiastes siue concionator
dicitur, quia Salomon in eo quasi tumultuantis
be suscipit sensum, ut ea per inquisitionem
aliquo forte per tentationem imperita
sentiat. Nam quos sententias quasi per
quisitionem movet, quasi tot in se personas
versorum suscipit. Unde et alia sunt, quo in
re eodem per inquisitionem moventur, atque
a quo per rationem satisfaciunt: alia quo ex
habeti proferat animo, atque ad huc huius mundi
rationibus dediti: alia vero, in quibus
quo rationis sunt disperat, ut animum
delectatione compescat. Ibi namque ait:
itaque mihi visum est bonum, ut comedat
uis et bibat, et fruatur letitia ex labore
suo. Et longe inferius subiungit: melius
est ire ad domum luctus, quam ad domum
vivendi. Si enim bonum est manducare
libere, melius fuisse videbatur ad domum
vivendi pergere, quam ad domum luctus.

Ex qua re ostenditur, quia illud ex infirmitatem
 persona intulit, hoc vero ex rationis defini-
 tione subiunxit. etiam ipsas pro rationis ra-
 tionis causas ediperit, et de domo luctus
 quo fit, utilitas ostendit, dicens: in illa
 enim finis amittitur admonemur ho-
 minum, et vivens cogitat quid futurus sit.

Tertia III.

De libro Eclesiastes. cap. 4. 5.

Custodi pedem tuum ingrediens domum
 Dei, et appropinqua ut audias. Multo
 enim melior est obedientia, quam stulto-
 rum vitium, qui nesciunt quid faciunt
 mali. Ne temere quid loquaris, neque
 cor tuum sit velox ad proferendum ser-
 monem coram Deo: Deus enim in caelo,
 et tu super terram; idcirco sunt pauci sermo-
 nes tui. * Multas curas sequuntur som-
 nia, et in multis sermonibus inveni-
 tur stultitia. Si quid vovisti Deo, ne mo-
 reris reddere; displicet enim ei infidelis
 et flucta promissio: sed quodcumque vo-
 veris redde: multo que melius est, non
 vovere, quam post votum promissa non
 reddere. † Ne dederis os tuum, ut pec-
 care facias carnem tuam; neque dicas
 coram angelo: non est providentia, ne
 e forte iratus Deus contra sermones tuos,
 dissipet cuncta opera manuum tuarum.
 Ubi multa sunt somnia, plurimo sunt
 vanitates, et sermones innumeri: tu
 vero Deum time. Si videris calumnias
 egenorum, et violenta iudicia, et sub-
 verti iustitiam in provincia, non mi-
 reris super hoc negotio: quia excelsus
 excelsior est alius, et super hos quoque
 eminentiores sunt alii, et in super

in universo terro rex imperat, servienti. &
 quid necesse est homini maiora se querere,
 cum ignoret, quid conducat sibi in vita
 sua, numero dierum peregrinationis
 suae, et tempore quod velut umbra pro-
 erit: aut quis ei poterit indicare, quid
 est eum futurum sub sole sit: Melius
 nomen bonum, quam unguenta pre-
 ciosa; et dies mortis die natiuitatis.
 Ep. ex II. Oct. Dominico procedentis.

Leitio II.

Sermo sancti Augustini episcopi.

Epist. 45. ed. aut. et in psal. 75.

uia iam uovisti, iam te obstrinxisti,
 quid tibi facere non licet. Prius quam
 res voti reus, liberum fuit, quo spes infe-
 rior: quamvis non sit gratulanda libertas,
 uia sit, ut non debeatur, quod cum lucro red-
 ditur. Abunc uero quia tenetur apud Deum
 ratio tua, non te ad magnam iniustitiam in-
 ito, sed a magna iniquitate deterreo. Non
 enim talis eris, si non feceris quod uovisti,
 ualis mansipes, si nihil tale uovisses: mi-
 or enim tuum spes, non peior. Modoaulem
 uis, quod absit, miserior, si fidem Deo fre-
 ris, quanto beatior, si persolueris. Nec
 te uovisse poeniteat, imo gaude, iam tibi
 non licere, quod cum tuo detrimento li-
 cipet. Aggredere itaque intrepidus, et dicta
 imple factis: ipse te adiuvabit, qui uota tua
 expetit. Felix est necepietas, que ad meliora
 compellit. (Sed) quia ista tractauimus, forte
 uolebas uouere, et modo non uis uouere:
 Sed quid dixerit tibi psalmus, attende; non
 dixit: nolite uouere; sed: uouete et reddite.
 quia audisti: reddite, non uis uouere? Ergo
 uouere uouere uolebas, et non reddere?
 Minus utrumque fac. Utinum si lex professione

tua; aliud ex adiutorio Dei perficitur. aspice cum, qui te ducit, et non respicies retro unde te ducit. qui te ducit, ante te ambulat; unde te educit, post te est. ama ducentem, et non te damnat retro respicientem.

Feria IV.

Lectio I.

De libro Eulepastro. cap. 67.

Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum convivii: in illa enim finis eundorum admonetur hominum, et vivens cogitat quid futurum sit. Melior est ira risu: quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis. Cor sapientium ubi tristitia est, et cor stultorum ubi letitia. * Melius est a sapiente corrigi, quam stultorum adulatione decipi: quia sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti: sed et hoc vanitas. Calumniæ conturbat sapientem, et perdet robur cordis illius. Ne sis velox ad irascendum, quia ira in sinu stulti requiescit. Ne dicas: quid putas cause est, quod priora tempora meliora fuere quam nunc sunt? Stulta enim est huiusmodi interrogatio. ¶ Considera opera Dei, quod nemo potest corrigere, quem ille deprexerit. In die bona fructu bonis, et malum diem præcaue: sicut enim hanc, sic illam fecit Deus, ut non inveniat homo contra Deum iustas querimonias. Hoc quoque vidi in diebus vanitatis meae: iustus perit in iustitia sua, et impius multo vivit tempore in malitia sua. Noli esse iustus multum, neque plus sapias, quam necesse est, ne obstupescas. Ne impie agas multum, et noli esse stultus, ne moriarius in tempore non tuo. * Bonum est te sustentare iustum, sed ab illo ne subtrahas manum tuam: quia qui timet Deum,

nil negligit. Non est enim homo iustus
in terra, qui faciat bonum, et non peccet.
De cunctis sermonibus, qui dicuntur, ne
commodes cor tuum: ne forte audias
sermonem tuum maledicentem tibi. Scilicet
nim conscientia tua, quia et tu crebro
male dixisti aliis.

Ex III. Noct. Dominico precedentis.

Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi Presbyteri.
comment. in h. l.

in quem rigidum est truncem ad omnia fra-
trum peccata conspexeris; ut nec in sermone
recusanti, nec propter naturalem interdum
rigiditiam moranti, det veniam, hunc scito
plus iustum esse, quam iustum est. Cum enim
saluator praecipiat, dicens: nolite iudicare,
et non iudicemini; et nullus sit absque peccato,
nec si unius quidem diei fuerit vita eius:
inhumana insipientia est, fragilitatis conditio-
is hominum non ignosceus. (Tu autem)
ut quo procepta sunt, et sapientis auxilio
infortatus, vel ad bona, vel ad mala pro-
cure cor tuum, et non cures, quid de te
loquantur inimici, qualis foris opinio sit.
Quomodo enim prudentis viri est, mur-
murantem famulum non audire, nec
curiosam aurem apponere, quid de se loqua-
tur absente; si enim hoc fecerit, semper in tri-
bulatione erit, et ad insultationem verbi
invidia commovebitur: sic et sapientis
ominis est, sapientiam praeviam sequi, et
rumores non considerare. Sed et alio
tempore docet, penitus non curandum
iusto homini, quid homines loquantur,
dicens: quomodo novit conscientia tua,
quod tu de multis locutus es, et sepe
aliis detraxisti: sic et aliis debes ignos-
cere detrahentibus. Et simul docet, non

facile indicandum, et habentem trabem in
oculo, de festuca alterius non loquendum.

Feria V.

Lectio I.

De libro Eclesiaste . cap. 8. 1.

Qui custodit preceptum, non experietur
quidquam mali. Tempus et responsionem
cor sapientis intelligit. Omni negotio
tempus est et opportunitas, et multa ho-
minis afflictio: quia ignorat preterita,
et futura nullo scire potest nuntio. Non
est in hominis potestate prohibere spiritum,
nec habet potestatem in die mortis, nec
sinitur quiescere ingruente bello, neque
salvabit impietas impium. * Vidi im-
pios sepultos, qui etiam cum adhuc vive-
rent, in loco sancto erant, et laudabantur
in civitate quasi iustorum operum, sed et
hoc vanitas est. Et enim quia non profertur
cunctis contra malos sententia, absque timore
ullo filii hominum perpetranti mala. At
tamen peccator ex eo quod cunctis facit ma-
lum, et per patientiam sustentatur, ego
cognovi, quod erit bonum timentibus Deum,
qui verentur faciem eius. 9. Non sit bonum
impio, nec prolongentur dies eius: sed quasi
umbra transeant, qui non timeant faciem
Domini. Est et alia vanitas, quae fit super
terram: sunt iusti, quibus mala proveni-
unt, quasi opera egerint impiorum: et
sunt impii, qui ita securi sunt, quasi iusto-
rum facta habeant: sed et hoc vanissimum
iudico. * Et apposui cor meum, ut scirem
sapientiam: et intellexi, quod omnium
operum Dei nullam possit homo invenire
rationem, eorum quae fiunt sub sole: et

quanto plus laboraverit ad quærendum,
tanto minus inveniat: etiam si dixerit sa-
tis se nosse, non poterit reperire.

Ex I. et sol. Dominico precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Augustini episcopi.

l. 20. De Civ. Dei cap. 2.

his etiam rebus, in quibus non apparet di-
vina iustitia, salutaris est divina doctrina,
etiam enim, quo iudicio Dei bonus ille sit
pauper, malus ille sit dives: et cetera huius-
modi. (Si enim) non nisi mali adipiscerentur
transitoria bona ista atque terrena, nec nisi
in talia paterentur mala, propter hoc referri
iudicium iustum Dei, vel etiam benignum;
et qui non erant aspicientes bona eterna, quo-
rum beatorum, temporalibus vel deciperentur
pro malitia sua, vel pro Dei miseri-
cordia consolarentur bonis: et qui non erant
aspicientes eterna tormenta, temporalibus vel
rebus quibuscumque et quantulis cumque
malis affligerentur, vel propter imple-
ntes virtutes exercerentur malis. Et tunc
vero quando non solum in malo sunt boni,
sed in bono mali, quod videtur iniustum: ve-
rum etiam plerumque et malis mala eve-
niunt, et bonis bona proveniunt: magis in-
vestigabilia sunt iudicia Dei, et investigabiles
sunt illius. Quamvis ergo nesciamus, quo iudicio
ista vel faciat vel fieri sinat, apud quem sum-
ma virtus est, et summa sapientia, summaque
potestas, nulla infirmitas, nulla temeritas, nulla
iniquitas: salubriter tamen discimus non
conspicere seu bona seu mala, quo vide-
mus esse bonis malisque communia; et illa
non querere, quo bonorum, atque illa mala
maxime fugere, quo propria sunt malorum.
Cum vero ad illud iudicium Dei venerimus,
non solum quo cumque iudicabuntur, ve-
rum etiam quo cumque ab initio iudicata,
et quo cumque usque ad illud tempus adhuc

indicanda sunt, apparebunt sepe iustissima.

Feria VI.

Leitio I.

De libro Eclesiastes . cap. 10. 11.

Qui fodit foveam, incidit in eam; et qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. qui trans fert lapides, affligetur in eis: et qui scindit ligna, vulnerabitur ab eis. Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet, qui occulte detrahit. Verba oris sapientis gratia; et labia insipientis precipitabunt eum: initium verborum eius stultitia, et novissimum oris illius error pessimus. * Mitte panem tuum super transeuntes aquas: quia post tempora multa inuenies illum. Da partem septem nec non et octo: quia ignoras, quid futurum sit mali super terram. Si repleta fuerint nubes, imbrem super terram effundent. Si ceciderit lignum ad austrum aut ad aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit. 9. Qui observat ventum, non seminat: et qui considerat nubes, numquam metet. quomodo ignoras, quo sit via spiritus, et qua ratione compingantur ossa in ventre pregnantis; sic nescis opera Dei, qui fabricator est omnium. Mane semina semen tuum, et vespere ne ceper manus tua: quia nescis, quid magis oriatur, hoc aut illud; et si utrumque simul, melius erit. * Si annis multis vixerit homo, et in his omnibus letatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis et dierum multorum: quicum venerint, vanitatis arguentur preterita. Letare ergo iuvenis in adolescentia tua, et in bono sit cor tuum in diebus iuventutis tue, et ambula in viis cordis tui, et in intuitu oculorum tuorum: et scito, quod pro

omnibus adducet se Deus in iudicium. aufe-
ram a corde tuo, et amove malitiam a carne
tua: adolescentia enim et voluptas vana sunt.
Ex II. et Oct. Dominica procedentis.

Lectio II.

De sermone sancti Gregorii bap.
l. 4. dial. cap. 4.

Scriptum est (in Eulchiste): letare iuvenis
in adolescentia tua; et paulo post subditur:
adolescentia enim et voluptas vana sunt.
cui dum hoc postmodum vanum esse rader-
unt, quod prius ad monuisse videbatur, pa-
ter indicat, quia illa quasi ex desiderio car-
ni verba intulit; hoc vero ex iudicii veri-
tate subiunxit. Sicut ergo letari debere
venem in adolescentia sua quasi ex deli-
ratione carnalium proponit, et tamen
et modum per definitionem sententia
adolescentiam et voluptatem vana esse re-
quirit: ita etiam concionator noster, velut
mente infirmantium, humane suspi-
cionis sententiam proponit, dum dicit:
vultus interitus est, hominis et iumentorum,
in qua utriusque conditio. qui tamen
definitione rationis suam postmodum
sententiam proferat, dicens: quid habet am-
plius sapiens a stulto, et quid pauper, nisi
pergat illuc, ubi est vita? qui igitur
dicit: nihil habet homo in mentis amplius,
se rursus definit, quia habet aliquid
plius non solum amplius a iumento,
sed etiam ab homine stulto, videlicet ut
pergat illuc ubi est vita. Quibus verbis pri-
um indicat, quia hic hominum vita
non est, quam esse alibi testatur. Habet
ergo hoc homo amplius iumentis, quia illa
est mortem non vivunt, hic vero tum
vivere inchoat: cum per mortem carnis hanc

visibilem vitam consummat. pro utraque
(igitur) tam dispari sententia demonstratur,
quia concionator verax et illud ex tentatione
carnali intulit, et hoc postmodum ex spiritali
veritate definivit.

Sabbato.

Lectio I.

De libro Ecclesiaste. cap. 12.

Momenta Creatoris tui in diebus iuventu-
tis tue, antequam veniat tempus afflictio-
nis, et appropinquent anni, de quibus dicitur:
non mihi placent: antequam tenebrescat
sol, et lumen, et luna et stellae, et revertan-
tur nubes post pluviam: quando commove-
buntur custodes domus, et mutabunt viri
fortissimi, et otiose erunt molentes in mi-
nuto numero, et tenebrescent videntes per
foramina: et claudent ostia in platea, in
humilitate vocis molentis, et confurgent
ad vocem volucris, et obscurascent omnes
filiae carminis. * Excelsa quoque timebunt
et formidabunt in via, floretit amygdalus,
impinguabitur locusta, et dissipabitur
capparis: quoniam ibi homo in domum
sterilitatis suae, et circuibunt in platea
plangentes. antequam rumpatur funi-
culus argenteus, et recurrat vitula aurea,
et conteratur hydria super fontem, et con-
fringatur rota super cisternam, et revertatur
pulsis in terram suam, iude erat, et spiritus
redeat ad Deum, qui dedit illum. ¶ Vanitas
vanitatum, dixit Eulchästus, et omnia va-
nitas. Cumque esset sapientissimus Eule-
hästus, docuit populum, et enarrauit quo
fuerat: et investigans composuit parabo-
las multas. quosivis verba utilia, et
conscripsit sermones rectissimos et veritate
plenos. Verba sapientium sicut strumuli, et

quasi clavi in alium defixi, quo per ma-
 gistrorum consilium data sunt a pastore
 uno. * His amplius fili mi ne requiras.
 sciendi plures libros nullus est finis:
 frequensque meditatio carnis afflictio est.
 omnem loquendi pariter omnes audiamus.
 cum time, et mandata eius observa: hoc est
 cum omnis homo: et cuncta que fiunt,
 vult Deus in iudicium pro omni errato,
 ut bonum pro malo illud sit.
 Ex III. et ob. Dominico precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Augustini episcopi.

l. 20. De civit. cap. 2.

Salomon sapientissimus rex Israel, librum,
 cui vocatur Ecclesiastes, sic exorsus est: va-
 nitatis vanitatum, et omnia vanitas.
 Cum ex hac sententia conduceret cetera,
 commemorans etrum nas erroresque vito-
 rios, et vanescentes interea temporum
 lapsus, ubi nihil solidum, nihil stabile
 est: in ea rerum vanitate sub sole
 quod etiam deplorat quodam modo, quod
 nodum tamen incursum incurram omni-
 bus, utique in hac vita, que sub sole agitur;
 significans videlicet ea mala, que bonis et
 malis videmus esse communia. Dicit etiam
 quod et boni patiantur mala, tam-
 quam mali sint; et mali tamquam boni
 sint, adipiscantur bona. In hac vanitate, cui
 quantum satis visum est, insimulando, et hunc
 librum vir sapientissimus deputa-
 vit, non utique ob aliud, nisi ut eam vitam
 consideremus, que vanitatem non habet sub
 sole, sed veritatem sub illo, qui fecit hunc
 orbem: in hac ergo vanitate numquid nisi
 ipso Dei rectoque iudicio similis eidem va-
 nitati factus vanesceret homo? In diebus
 tamen vanitatis sue interest plurimum,

utrum resistat, an obtemperet veritati, et
 utrum sit expertus vero pietatis, an particeps:
 non propter vitia huius vel bona adquirenda,
 vel mala vitanda vanescendo transeuntia:
 sed propter futurum iudicium, per quod erunt
 et bonis bona, et malis mala, sine fine man-
 sura. Denique iste sapiens hunc librum
 sic conclusit, ut diceret: Deum time, et man-
 data eius custodi: quia hoc est omnis homo.
 quid brevius, verius, salubrius dici potuit?
 quicumque enim est, hoc est, custos utique
 mandatorum Dei: quoniam quia hoc non
 est, nihil est. Non enim ad veritatis imaginem
 reformatur, remaneus in similitudine va-
 nitatis.

Ad vespertas Duplex.

Ad Magnif. ant. Per sapientiam sanctifuit, &
 quicumque placuerunt tibi, Domine, a prin-
 cipio. Sap. 9.

Oratio sac. Leon.

Omnipotens sempiternus Deus, da nobis fi-
 dei, spei et charitatis augmentum: Aut
 mereamur asequi, quod promittis; fac nos
 amare, quod precipis. Per Dominum.

Dominica XIII. post Pentecosten.

Duplex maius. 12. lect.

In I. Nocturno.

Lectio I.

Incipit liber Sapientie. cap. i.

Diligite iustitiam, qui iudicatis terram.
 Sentite de Domino in bonitate, et in sim-
 plicitate cordis querite illum: quoniam
 invenitur ab his, qui non tentant illum:
 apparet autem eis, qui fidem habent in il-
 lum. Perverso enim cogitationes separant
 a Deo: probata autem virtus corripit sapien-
 tes; quoniam in malevolam animam
 non introibit sapientia, nec habitabit
 in corpore subdito peccatis.

Tac cum seruo tuo Domine secundum
 misericordiam tuam, et iustificationes tuas
 doce me: * Da mihi intellectum, ut sciam
 testimonia tua. *Ps.* Secusum tuum quis
 ciet, nisi tu dederis sapientiam. * *Da. Cf. iis.*

2. 9.

Letitio II.

Spiritus enim sanctus disciplinans effugiet
 licium, et auferet se a cogitationibus, quo
 sunt sine intellectu, et corripitur a super-
 veniente iniquitate. Benignus est enim
 spiritus sapientis, et non liberabit maledi-
 am a labiis suis: quoniam renum illius
 est Deus, et cordis illius scrutator est
 verus, et lingua eius auditor. quoniam
 spiritus Domini replevit orbem terrarum;
 et hoc quod continet omnia, scientiam ha-
 bet vocis.

Sapientia ubi invenitur, et quis est locus
 intelligentia? Deus intelligit, viam eius,
 et dixit homini: * ecce timor Domini ipsa
 est sapientia; et recedere a malo, intelli-
 gentia. *Ps.* Fons sapientis verbum Dei
 in excelsis, et ingressus illius mandata eter-
 na: plenitudo sapientis est timere Deum.
 et eue. *Job. 28. Eccli. 1.*

Letitio III.

Propter hoc qui loquitur iniqua, non po-
 test latere, nec proteriet illum corripiens
 iudicium. In cogitationibus enim impij
 interrogatio erit: sermonem autem illius
 auditio ad Deum veniet, ad correptionem
 iniquitatum illius. quoniam auris zeli
 audit omnia, et tumultus murmuratio-
 num non abscondetur. Custodite ergo vos
 a murmuratione, que nihil prodest, et a
 detractione parate lingue, quoniam ser-
 mo obscurus in vacuum non ibit, os autem,
 quod mentitur, occidit animam.

Ps. Abyssum et cor hominis investigavit
Deus: non preterit illum omnis cogita-
tus, & et non abscondit se ab eo ullus
sermo. V. qui loquitur iniqua, non
potest latere, nec preteriet illum con-
spiciens iudicium. & non abscondit. Ecl. 42.

Sap. 1. Lectio IV.

Nolite zelare mortem in errore vite
vestre, neque adquiratis perditionem in
operibus manuum vestrarum. quoniam
Deus mortem non fecit, nec letatur in
perditione visorum. Creavit enim, ut essent
omnia, et sanabiles fecit nationes orbis
terrarum: et non est in illis medicamen-
tum exterminii, nec inferorum regnum
in terra. Justitia enim perpetua est et
immortalis. Insuper autem manibus et ver-
bis auerserunt illam: et estimantes illam
amicam, defluerunt, et profusiones profue-
runt ad illam: quoniam digni sunt, qui sint
ex parte illius.

Ps. Nominis quidquam debeatis, nisi ut in-
vicem diligatis: qui enim diligit proximum,
legem implevit; & plenitudo legis est di-
lectio. V. Cura disciplina dilectio est; et
dilectio custodia legum illius est. & plenitudo.
V. gloria. & plenitudo. Rom. 13. Sap. 6.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Sermo sancti Augustini episcopi.

Enarr. 2. in psal. 51. n. 5.

De virtutibus theolog.

Abraham ex fide iustificatus est: sed si fidem
opera non proceperunt, tamen secunda fuit.
Numquid enim fides tua sterilis erit? Si steri-
lis non es, sterilis non est et ipsa. Tunc ergo
fidem operaturus. Sed dicit: non hoc ait
Apostolus Paulus. Immo hoc ait Paulus apo-
stolus: fides, inquit, que per dilectionem

operatur. Et alio loco: plenitudo ergo legis
 caritas. Et alio loco: omnis enim lex in uno
 sermone impletur, in eo quod scriptum est:
 diliges proximum tuum tanquam te ipsum.
 Et si non vult te operari, qui dicit: non ad-
 herabis, non homicidium facies, non con-
 cupisces, et si quod est aliud mandatum, in
 sermone recapitulatur: diliges proximum
 tuum tanquam te ipsum: dilectio proximi
 alium non operatur: plenitudo autem legis
 caritas. Numquid caritas permittit ali-
 quid mali te facere ei, quem diligis?

Ego sapientia habito in consiliis, et eru-
 lis inter sum cogitationibus: * ego diligen-
 ter me diligo, et qui mane vigilant ad me,
 venient me. V. qui habet mandata mea
 servat ea, ille est qui diligit me: qui autem
 diligit me, et ego diligam eum. * ego. brov. 8.

an. 14.

Lectio VI.

Id forte tantum modo mali nihil facis, non
 iam aliquid boni. Ergone caritas permittit
 tibi non prestare, quidquid potes, ei quem
 diligis? Numquid illa est caritas, quae orat etiam
 pro inimicis? Prope si fides sine opere deserit
amicum, qui bene optat inimico? utaque si
fides sine dilectione sit, sine opere erit. Num-
 quam multa cogites de opere fidei, adde illi
 et dilectionem, et noli cogitare, quid
 ereris. Ipsa dilectio vacare non potest. Quid
 enim de quoquam homine etiam male opera-
 ri, nisi amor? Da mihi vacantem amorem,
 nihil operantem. Flagitia, adulteria, fa-
 nora, homicidia, luxurias omnes, nonne
 amor operatur? Burga ergo amorem tu-
 um: aquam fluentem in cloacam converte
 hortum: quales in petrus habebat ad mun-
 um, tales habeat ad artificem mundi.
 In Christo Jesu sunt omnes thesauri

Sapientia et scientia absconditi: & quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. v. Sapientia candor est lucis aeterno, et speculum sine macula dei maiestatis, et imago bonitatis illius. & quia. Colof. 2. Sap. 7.

Lectio VII.

Num vobis dicitur, nihil amebis? absit. Bigri, mortui, detestandi, miseri eritis, si nihil amebis. Amate, sed quid amebis videte. Amor dei, amor proximi charitas dicitur: amor mundi, amor huius seculi cupiditas dicitur. Cupiditas reprobetur, charitas excidetur. Ipsa enim charitas bene operantis dabit ei spem bonae conscientiae. Spem enim gerit bona conscientia: quomodo mala conscientia tota in desperatione est, si bona conscientia tota in spe. Et sunt tria haec, de quibus dicit apostolus: fides, spes, charitas. Et alio loco ipsa tria, sed pro spe bonam conscientiam profuit: finis enim precepti est, dixit. Quid est finis precepti? quo perficiuntur precepta, non quo consumantur. Finis, inquit, precepti est charitas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta.

R. Sapientiam sine fitione didici: & infinitus enim thesaurus est hominibus: quo qui usi sunt, participes facti sunt amicitiae dei. v. Sapientiam et disciplinam qui abiciunt, infelix est: neminem enim diligit deus, nisi eum, qui cum sapientia inhabitat. & infinitus. Sap. 7. et c.

Lectio VIII.

Pro spe bonam conscientiam profuit: ille enim sperat, qui bonam conscientiam gerit. quem vero pungit mala conscientia retrahit

a spe, et non sibi sperat nisi damnationem.
 Ergo speret requiem, habeat bonam con-
 scientiam; et ubi habeat bonam conscientiam,
 credat et operetur. quod credit, fidei est: quod
 operetur, charitatis est. Illo ergo loco a fide
 ait apostolus, fides, spes, charitas: alio loco
 a ipsa charitate cepit, charitas de corde puro,
 et conscientia bona et fide non ficta. modo
 a medio cepimus, ab ipsa conscientia et
 spe. qui vult, inquam, habere bonam spem,
 habeat bonam conscientiam: ut autem
 habeat bonam conscientiam, credat et ope-
 retur. a medio inus ad initium et finem:
 credat et operetur. quod credit, fidei est: quod
 operetur, charitatis est.

Super salutem et spem dilexi sapientiam,
 et proposui pro luce habere illam: * quo-
 niam inextinguibile est lumen illius. V.
 et lux vera, que illuminat omnem ho-
 minem venientem in hunc mundum. *
 et gloriam. V. gloria. * quoniam. 1. ep. 7. Joan. 1.

In III. volumine.

Libro IX.

De epistola secunda beati Pauli apostoli
 ad Timotheum. cap. 3.

Et autem scito, quod in novissimis diebus
 stabunt tempora periculosa: erunt ho-
 mines se ipsos amantes, cupidi, elati, superbi,
 blasphemii, patribus non obedientes,
 ingrati, secessu, sine affectione sine pace,
 inimicatos, incontinentes, immiles,
 et sine benignitate: proditores, protervi,
 invidi, et voluptatum amatores ma-
 gis quam Dei: habentes spem quidem
 salutis, virtutem autem eius abnegantes.
 Spiritus sanctus disciplina effugiet
 eorum, et auferet se a cogitationibus,

quo sunt sine intellectu. V. Non permanebit spiritus meus in homine in eternum, quia caro est. * et. Sap. j. Gen. 6.

Lectio X.

Et hos de vita: ex his enim sunt, qui penetrant domos, et captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quae ducuntur variis desideriis: semper discunt, et nunquam ad scientiam veritatis perveniunt. quem admodum autem Jannes et Mambres resistunt Moysi: ita et hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, sed ultra non proficunt: insipientia enim eorum manifesta est omnibus, sicut et illorum fuit.

R. Sapientia clamitat: usquequo parvuli diligitis infantiam, et stulti ea, quae sibi sunt noxia cupiunt: * et imprudentes odibunt scientiam? V. Vanifuit omnes homines, in quibus non subest Scientia Dei. * et. Prov. j. Sap. 15.

Lectio XI.

Tu autem aspexitur es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passionem: qualia mihi facta sunt Antiochia, Iconii et Lystris: quales persecutiones sustinui, et ex omnibus percipuit me Dominus. Et omnes, qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur. Mali autem homines et seductores proficiunt in peccatis, errantes et in errorem mittentes.

R. Scio, quia non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum: * nam velle adiacet mihi, perficere autem non invenio. V. Ut scivi, quoniam aliter non possem esse

contineas, nisi Deus det, adiu Domini et
 peccatus sum illum. * nam. Rom. 7. Sap. 9.

Lectio XII.

Tu vero permane in iis, quae didicisti, et haec
 sunt tibi: sciens a quo didiceris: Quia
 in infantia sacras litteras nosti, quae te
 oportet instruere ad salutem per fidem,
 quae est in Christo Iesu. Omnis scriptura divi-
 nus inspirata utilis est ad docendum, ad
 arguendum, ad corripiendum, ad erudien-
 dum in iustitia: ut perfectus sit homo Dei,
 domine opus bonum instructus.

pro Dominica. Seraphim clamabant
 iter ad aetherum: * Sanctus, sanctus, sanctus
 dominus Deus exercituum: * plena est om-
 nis terra gloria eius. V. Tres sunt, qui
 testimonium dant in caelo, Pater, Verbum,
 Spiritus sanctus: et hi tres unum sunt.
 Sanctus. V. gloria. * plena. psa. 6. j. Joan. 5.

infra hebdomadam. Sapientia in se per-
 manens omnia innovat, et per nationes
 in animas sanctas se transfert. * amicos
 ei et prophetas constituit; neminem enim
 diligit Deus, nisi qui cum sapientia inhabi-
 tavit. V. Melior est sapientia cunctis pretio-
 sioribus, et omne desiderabile ei non potest
 comparari. * amicos. V. gloria. * amicos.
ps. 7. Prov. 8.

Sequentia sancti Evangelii

secundum Lucam. cap. 17.

In illo tempore: Dum ierit Iesus in Ierusalem,
 transibat per mediam Samariam et gali-
 leam. Et cum ingrederetur quoddam ca-
 strum, occurrerunt ei decem viri leprosi:
 qui steterunt a longe, et levaverunt vocem
 dicentes: Iesu proceptor, miserere nostri.
 Quos ubi vidit, dixit: ite ostendite vos sacer-

volibus. Et factum est, dum irent, mundati sunt. Unus autem ex illis, cui vidit, quia mundatus est, regressus est cum magna voce magnificans Deum, et cecidit in faciem ante pedes eius gratias agens: et hic erat Samaritanus. Respondens autem Jesus dixit: nonne decem mundati sunt? et novem ubi sunt? Non est in ventus, qui rediret, et daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Et ait illi: surge, vade, quia fides tua te salvum fecit.

Ad Bened. ant. Steterunt a longe leprosi, et levaverunt vocem, dicentes: & Jesu proceptor, miserere nostri. Luc. 17.

Ad Magnif. ant. Regressus est unus, cum magna voce magnificans Deum: & ait illi Jesus: surge, vade, quia fides tua te salvum fecit. Luc. 17.

Feria II.

Lectio I.

De libro Sapientie. cap. 5.

Stabunt iusti in magna constantia adversus eos, qui se angustiaverunt, et qui abstulerunt labores eorum. Videntes habebuntur timore horribili, et mirabuntur in subitatione imperato salutis, dicentes intra se, poenitentiam agentes, et pro angustia spiritus gementes: hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, et in similitudinem improperii. & nos insensati vitam illorum estimabamus insaniam, et finem illorum sine honore: eum quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter sanctos fors illorum est. Ergo erravimus a via veritatis, et iustitiae lumen non luxit nobis, et sol intelligentie non est ortus nobis. Lapsati sumus in via iniquitatis et perditionis, et ambulavimus vias difficiles: viam autem Domini

moravimus. *g.* quid nobis profuit superbia?
 et divitiarum iactantia quid contulit no-
 bis? Transierunt omnia illa tamquam um-
 bra, et tamquam nuntius percurrens, et
 inquam navis, quo pertransit, fluctuantem
 quam: cuius, cum preterierit, non est ve-
 stigium invenire, neque semitam carino-
 rum in fluctibus. Sic et nos nati continuo
 vivimus esse: et videlicet quidem nullum
 unum valuimus ostendere: in magni-
 tudine autem nostra consumpti sumus. Talia
 accidunt in inferno hi, qui peccaverunt. &
 accipiet armaturam Zelus (Domini) et
 armabit creaturam ad ultionem inimico-
 rum. *g.* induet pro thorace iustitiam, et acci-
 piet pro galea iudicium certum: sumet
 solum in ex pugnabile equitatem. acuet
 solum duram iram in lanceam, et pugnabit
 cum illo orbis terrarum contra iniquos.
Ex. ex I. et ob. Dominico procedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

Serm. 22. De verb. psal. 67.

Quid faciemus, fratres, nisi ubi, dum tempus
 est, vitam mutemur, et facta nostra, si
 mala sunt, corrigamus? Propterea se-
 dex venturum minatur, ut non inveniat
 nos puniat, cum venerit. Et totum, quod
 adimur, tribulationes in hac vita, flagel-
 lum Dei est corrigere volentis, ne damnet
 in fine. Quasi dura sunt, molesta sunt,
 horrent quando narrantur, quo quisque
 ravia valde patitur in hac vita: in com-
 paratione autem aeterni ignis non parva,
 et nulla sunt. Omnia ista, fratres, quo
 in hac vita infliguntur a Domino, ad-
 monitiones sunt et stimuli correctionis
 nostrae. Venit autem ignis aeternus, de

que dicitur illis, qui ad sinistram constituti sunt: ille in ignem eternum, qui paratus est diabolo et angelis eius. Tunc acturi sunt quidam poenitentiam. Nam scriptum est in libro sapientie: dicent intra se poenitentiam agentes, et pro angustia spiritus gementes: quid nobis profuit superbia, et quid divitiarum iactantia contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam umbra. Erit enim ibi poenitentia, sed infructuosa: erit ibi poenitentia, sed dolorem habens, medicinam non habens. Nunc est fructuosa poenitentia, quando correctio libera. Poeniteat te ad vocem Scripturae. Nam ad vocem profectus iudicis sine causa poenitebit te. Tunc iam ille sententiam diciturus est: et non erit quod reprehendas, quando sententiam diciturus est. Non enim tacuit ante sententiam.

Teria III.

Lectio I.

De libro sapientie. cap. 6.

Melior est sapientia quam vires: et via prudens quam fortis. Audite ergo reges, et intelligite, disite iudices finium terre. Prebete aures vos, qui continetis multitudines, et placetis vobis in turbis nationum: quoniam data est a Domino potestas vobis, et virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, et cogitationes scrutabitur. Quoniam cum esetis ministri regni illius, non recte iudicastis, nec custodistis legem iustitie, neque secundum voluntatem Dei ambulastis. Horrende et isto apparebit vobis: quoniam iudicium durissimum his, qui profuerunt, fiet. Ex quo enim conceditur misericordia: potentes autem potentes tormenta patientur. ¶ Non

um subtrahet personam cuiusquam Deus,
 et verebitur magnitudinem cuiusquam:
 rationiam pusillum et magnum ipse fecit,
 et equaliter cura est illi de omnibus. For-
 tioribus autem fortior instat cruciatio.
 Vos ergo reges sunt hi sermones mei, ut
 scitis sapientiam, et non excidatis. *
 si enim custodierint iustitiam, iustifi-
 cantur: et qui didicerint ista, inveniant
 ad respondeant. Concupiscite ergo sermones
 eos, diligite illos, et habebitis discipli-
 nam. Clara est, et que nunquam marcescit
 sapientia, et facile videtur ab his, qui dili-
 gentiam, et invenitur ab his, qui que-
 runt illam.

Ep. ex II. nocturno Dom. precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Papae.
 libr. 24. moral. cap. 25.

si profundi, se circumspiciant, ut sibi et
 aliis vivant: ut bonum, quod faciunt,
 intra sinum mentis abscondant, et ha-
 bent ex eo ad provecum sequentium ex-
 empla recte operationis impariant.
 Subditorum animadvertentes culpas
 corrigant, nec tamen per vim eiusdem
 inadversionis intumescent: ut quodam-
 modo correpto tolerant, nec tamen dis-
 cipline vincula eadem lenitate dissolvant.
 Quodam tolerando dissimulant, nec ta-
 men ea crescere dissimulando permittant.
 Honorosa sunt ista, et nisi divina gratia
 auxiliata, ad custodiendum difficilia. Recte
 vero de adventu districti iudicis per sapien-
 tiam librum dicitur: horrende et cito appa-
 ruit, quoniam iudicium durissimum
 est, qui profundi sunt. Unde magnopere
 curandum est, ut qui regendis hominibus
 referunt, apud se intra secretarium mentis

in cathedra profideat humilitatis. Cumque iudicanti ei a ceteris foris assistitur, vigilantibus oculo incessanter aspiciat, cui quandoque iudicii ipse de his iudicandus assistat: ut quanto nunc ante eum, quem non videt, sollicitius trepidat, tanto eum cum viderit, securior cernat. Benesebergo qui ad satis faciendum districto iudicii de sua tantum modo anima forsate vix sufficit, quia tot regendis subditis proest, reddendo apud eum rationis tempore, ut ita dicam, tot solus animas habet.

Feria IV.

Lectio I.

De libro sapientie. cap. 8. 9.

Ut sciri, quoniam aliter non potest esse continens, nisi Deus det, et hoc ipsum erat sapientie, scire cuius esset hoc donum: adiu Dominum, et deprecatus sum illum, et dixi ex totis precordiis meis: Deus patrum meorum et Domine misericordie, qui fecisti omnia verbo tuo, et sapientia tua constituisti hominem, ut dominaretur creaturo, que a te facta est, ut disponat orbem terrarum in equitate et iustitia, et in directione cordis iudicium iudicet. Da mihi sedium tuarum assistentem sapientiam, et noli me reprobare a pueris tuis: quoniam miserus tuus sum ego, et filius ancille tue, homo infirmus et exigui temporis, et minor ad intellectum iudicii et legum. Etiam et si quis erit consummatus inter filios hominum, si ab illo abfuerit sapientia tua, in nihilum comparabitur. Tecum sapientia tua, que novit opera tua, que et adfuit tunc cum orbem terrarum faceres: et sciebat, quid quid esset placitum oculis tuis, et quid directum

preceptis huius. g. et sic illam de caelis
ad istas, et a sede magnitudinis tue, ut
cum sit et labore, ut sciam quid acceptum
apud te: scilicet enim illa omnia et intelligit,
deducet me in operibus meis sobrie et iusto
et me in sua potentia: et erunt accepta que
mea. Quis enim hominum poterit scire
consilium Dei, aut quis poterit cogitare quid
elit Deus? * Cogitationes enim mortalium
mundo, et incerto providentia nostre. Corpus
enim, quod corrumpitur, aggravat animam,
terrena inhabitatio deprimit sensuum mul-
titudinem. Et difficile est estimare, quod
terra sunt: et quo in prospectu sunt, in ve-
nimus cum labore. Quo autem in caelis
aliquis investigabilis?

Ex III. et ob. Dominico precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

l. 19. de civ. cap. 11.

receptio veritatis in hac carne qualis aut
vanta est, quando, sicut legimus in oraci-
one sapientis, corpus corruptibile aggra-
vat animam, et deprimit terrena inhabi-
tatio sensuum multa cogitantem? Impetus
vero vel actionis appetitus nonne ipse est,
quo geruntur etiam infanorum illi mise-
rabiles motus, et facta quo horremus, quan-
do pervertitur sensus, ratioque sopitur?
Vero ipsa virtus quid huius agit, nisi perpe-
ta bella cum vitiis, nec exterioribus,
et interioribus, nec alienis, sed plane
ipsis et propriis, maxime temperantia,
qua carnales frenantur libidines, ne in-
terque flagitia mentem consentientiam
trahant? et que enim nullum est vitium,
quod, sicut dicit apostolus, caro concupiscit
adversus spiritum: cui vitio contraria vir-
tus est, cum, sicut idem dicit, spiritus

concupiscit adversus carnem; hoc enim, in-
quit, invicem adversantur, ut non ea, quae
vultis, facialis. Quid autem facere volumus,
cum perfici volumus finem summi boni,
nisi ut caro adversus spiritum non concu-
piscat, nec sit in nobis hoc vitium, contra
quod spiritus concupiscat? quod in hac vita,
quamvis velimus, quoniam facere non
valemus, id factum in adiutorio Dei fa-
ciamus, ne carni concupiscenti adversus
spiritum spiritum succum beate cedamus,
et ad perpetrandum peccatum nostra con-
sensione pertrahamur. Absit ergo, ut
quamdiu in hoc bello intestino sumus,
iam nos beatitudinem, ad quam vincendo
volumus pervenire, adoptos esse credamus.
Et quis est usque adeo sapiens, ut contra
libidines nullum habeant omnino con-
flictum?

Teria V.

Lectio I.

De libro Sapientiae. cap. ii.

Cum tentati sunt (filii Israel) et quidem
cum misericordia disciplinam accipientes,
Scierunt, quemadmodum cum ira iudicati
impii tormenta paterentur. Hos quidem
tamquam pater moneas probasti, illos
autem tamquam durus rex interrogans
condemnasti. Absentes enim et presentes si-
militer torquebantur. * Duplex enim illos
aque perat ledium et gemitus, cum memoria
preteriorum. Cum enim audient, per sua tor-
menta bene secum agi, commemorati sunt
Dominum, admirantes in finem exitus, quem
enim in expositione prava proiecitur veri-
serunt, in finem eventus mirati sunt,
• non similiter iusti sibi tales. q. Pro cogi-
tationibus autem in sensatis iniquita-
tis illorum, quod quidam errantes cole-
bant multos serpentes, et bestias supervacuas,

missi illis multitudinem multorum
 animalium in vindictam: ut scirent, quia
 per quo peccat quis, per hoc et torquebur. Sed
 tunc his uno spiritu poterant, occidi per-
 cussionem patri ab ipsis factis suis, et dif-
 fusi per spiritum virtutis tue, sed omnia
 a mensura et numero et pondere dispo-
 nisti. * Misericors omnium, quia omnia
 odisti, et dissimulas peccata hominum prop-
 ter poenitentiam. Diligis enim omnia quo-
 sunt, et nihil odisti eorum quo fecisti: nec
 enim odias aliquid concessisti aut fecisti.
 ut modo autem populus aliqui permanere,
 nisi tu voluisses? aut quodam te vocabunt
 in perpetuum, conservarebur? Varies autem
 omnibus, quia tua sunt Domine, qui
 mas animas.

Ep. ex I. doct. Dominico precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii bpo.

hom. 34. in Euang.

invenimus, si possumus, dispensationem
 in perno pietatis. Sanctis, si ceciderint,
 minatur poenam; lapsis vero, ut surgere
 optant, promittit misericordiam. Istos
 erudit, ne presumant in bonis; istos refocet
 et desperent in malis. Justus es, iram per-
 mesce, ne corruas: peccator es, profume
 in misericordia, ut surgas. Ecce autem iam
 lapsi sumus, stare nequaquam valuimus,
 in pravis nostris desideris iacemus. Sed qui
 nos condidit rectos, adhuc expectat et pro-
 ceat, ut surgamus. Sinum suae pietatis a-
 erit, nosque ad se recipere per poenitentiam
 vorit. Sed poenitentiam agere digne non
 possumus, nisi modum quoque eiusdem poe-
 nentiae cognoscamus. Poenitentiam quippe
 agere, est ad perpetrata mala plangere, et
 plangenda non perpetrare. etiam quae sic alia

Deplorat, ut tamen alia committat, adhuc
 poenitentiam agere aut diffimulat, aut igno-
 rat. quid enim prodest, si peccata quis luxuria
 defleat, et tamen adhuc avaritia estibus an-
 helat? aut quid prodest, si ira culpas quis lu-
 geat, et tamen adhuc invidia facibus labescat?
 Sed minus est valde quod dicimus. etiam cogi-
 tandum summopere est, ut qui se illicita
 meminuit commisisse, a quibusdam etiam
 licitis studeat abstinere: quatenus per hoc
 conditori suo satis faciat, ut qui commisit,
 prohibita, sibi in seipso abscondere debeat
 esse concessa: et se reprehendat in minimis,
 quise meminuit in maximis deliquisse.

Feria VI.

Lectio I.

De libro Sapientie. cap. 12.

O quam bonus et suavis est Domine spiri-
 tus tuus in omnibus! Ideoque eos, qui ex-
 errant, partibus corripis: et de quibus pec-
 cant, admones et alloqueris, ut relicta ma-
 licia credant in te Domine. Illos enim an-
 tiquos inhabitatores terre sancte tue, quos
 exhorruisti, quoniam odibilia opera tibi
 faciebant, per medicamina et sacrificia
 iniusta, perdere voluisti per manus paren-
 tum nostrorum, ut dignam perciperent
 peregrinationem puerorum Dei, que tibi
 omnium charior est terra. * Sed et his tam-
 quam hominibus peperisti, et misisti ante-
 cespores exercitus tui vespas, ut illos paulu-
 tim exterminarent. Non quia impotens
 eras in bello subicere impios iustis, aut be-
 stis levis, aut verbo duro simul exterminare:
 sed partibus iudicans dabas locum poeniten-
 tiæ, non ignorans, quoniam nequam est
 natio eorum, et naturalis malitia ipsorum,
 et quoniam non poterat mutari cogitatio
 illorum in perpetuum. §. Semen enim erat
 maledictum ab initio: nec timeas aliquem

veniam dabas peccatis illorum. quis enim
 dicit tibi: quid fecisti? aut quis stabili contra
 iudicium tuum? aut quis in conspectu tuo ve-
 nit vindex iniquorum hominum? aut quis
 tibi imputabilis, si perierint nationes, quas tu
 creasti? Non enim est alius Deus, quam tu, cui
 cura est de omnibus, ut ostendas, quoniam non
 iniuste iudicas iudicium. * Cum ergo sis
 iustus, iuste omnia disponis: ipsum quoque,
 qui non debet puniri, condemnare, exterum
 estimas a tua virtute. Virtus enim tua iusti-
 tia initium est: et ob hoc, quod omnium
 Dominus es, omnium te parere facis. Virtu-
 tem enim ostendis tu, qui non crederis esse in
 virtute consummatus, et horum, qui te
 rescunt, audaciam traducis.

De. ex II. et Oct. Dominice precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Augustini episcopi.

Ex narrat. in psal. 102. n. 16.

Quid tam longanimum, quid tam multum
 in misericordia? Peccatur et vivitur: au-
 unt peccata, augetur vita: blasphematur
 Deus, quotidie, et facit solem suum oriri
 super bonos et malos. Vocat undique ad cor-
 rectionem, vocat undique ad poenitentiam;
 vocat beneficiis creaturo, vocat in periculis
 tempus vivendi; vocat per lectorem, vocat
 per tractatorem, vocat per intimam cogita-
 tionem; vocat per flagellum correctionis,
 vocat per misericordiam consolationis. Sed
 observa, ne longanimitate misericordie Dei ma-
 gis contemdes, tu tibi thesaurizes, quod ait apo-
 stolus, an divitias benignitatis et longani-
 mitatis eius contemnis, ignorans quia pa-
 tientia Dei ad poenitentiam te adducit! Ergo
 et Deus longanimitate sua ad poenitentiam
 adducit: tu autem cum quotidie vivis: fini-
 ur hodie noster dies, et si ero et crastino die:

Et subito venit ira eius. Frater! non tardes
 converti ad Dominum. Sunt enim, qui pro-
 parant conversionem et differunt, et fit in
 illis vox corvina: cras, cras. Corvus de ara
 niperus non est reversus. Non querit Deus
 dilationem in voce corvina, sed confessionem
 in gemitu columbino. Nipa columba
 reversa est. quamvis cras, cras? observa
 ultimum cras, quia ignoras quod sit ul-
 timum cras; sufficiat quod vixisti usque ad
 hodiernum peccator. Audisti, sope soles au-
 dire, audisti et hodie: quam quotidie audis,
 tam quotidie non corrigis.

Sabbato.

Lectio I.

De libro Sapientie. cap. 12. vs.

Tu autem dominator iudicis cum tran-
 quillitate iudicas, et cum magna reveren-
 tia disponis nos: subest enim tibi, cum volue-
 ris, populus. Docuisti autem populum tuum
 per talia opera, quoniam oportet iustum
 esse et humanum, et bono spei fecisti filios
 tuos: quoniam iudicans das locum in pecca-
 tis poenitentiae. Si enim inimicos servo-
 rum tuorum et debitos morti cum tanta
 cruciasti attentione, datus tempus ad locum,
 per que possent mutari a malitia: cum quan-
 ta diligentia iudicasti filios tuos, quorum
 parentibus iuramenta et conventiones de-
 disti bonarum promissionum? Cum ergo das
 nobis disciplinam, inimicos nostros multi-
 pliciter flagellas, ut bonitatem tuam cogite-
 mus iudicantes: et cum de nobis iudicatur,
 speramus misericordiam tuam. ¶ unde
 et illis, qui in vita sua in sensate et iniuste
 vixerunt, per hoc, quo coluerunt, devisti
 summa tormenta. qui autem ludibris et
 increpationibus non sunt correcti, dignum

in iudicium experti sunt. In quibus enim
 iudicantes indignabantur, per hoc, quos pu-
 labant deos, in ipsis cum exterminarentur
 videntes, illum, quem olim negabant se
 esse, verum Deum agnoverunt: propter
 quod et finis condemnationis eorum venit
 super illos. * Tu autem Deus noster, suavis
 et verus es, patiens, et in misericordia dif-
 ferens omnia. Veni si peccaverimus,
 iudicemus, scientes magnitudinem tuam:
 et si non peccaverimus, scimus quoniam
 quod te sumus compulsi. et ope enim te
 consummata iustitia est: et scire iustitiam
 et virtutem tuam, radix est immortalitatis.
 Ep. ex III. et VII. Dominicae praecedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

l. de fide et opp. c. 22.

Nequaquam mens in cauta fallatur, ut
 existimet Deum cognovisse, si cum fide
 verba, hoc est, sine bonis operibus confi-
 abur, more demonum: et ideo se iam non
 credit ad vitam aeternam esse venturam.
 hoc (enim) prodest, in Deum recta fide credere,
 cum colere, Deum nosse, ut et bene vivendi
 in illo sit nobis auxilium; et si peccaverimus,
 in illo indulgentiam mereamus: non in
 talibus, quo odit, perseverantes, sed ab eis recu-
 dentes, eique dicentes: Ego dixi, Domine mi-
 serere mei, sana animam meam, quoniam
 peccavi tibi; quod non habent cui dicant,
 si non in eum credunt; et frustra dicunt,
 in eum tam longe ab illo sunt, a gratia Me-
 taloris alieni sunt. Hinc illa verba sunt in
 libro Sapientiae, quae nescio quomodo intel-
 ligi, perniciose securitas: et si peccaverimus,
 iudicemus; quoniam scilicet bonum et

magnam Dominum habemus, qui et
 velit atque potest poenitentium peccata
 sanare, non qui minime audeat perma-
 nentes in malignitate disperdere. Denique
 cum dixisset: tui sumus; addidit: scientes
 potentiam tuam: utique potentiam, cui
 se subtrahere nequeat aut occultare peccator.
 Ideoque secutus adiunxit: non peccabi-
 mus autem, scientes quoniam tui sumus
 deputati. Quis enim digne cogitans habita-
 tionem apud Deum, in qua omnes pro desti-
 natione sunt deputati, qui se unum pro-
 positum vocati sunt, non enitatur ita vivere,
 ut tali habitationi congruat?

Ad Vesperas Duplex.

Ad Magnif. ant. Doctrinam sapientie
 et disciplina scripsit Iesus filius Sirach:
 * beatus qui in istis versatur bonis, si
 enim hoc fecerit, ad omnia valebit. Ecli. 50.

Oratio Saur. Gelas.

Custodi, Domine, quos sumus, Ecclesiam
 tuam propitiatione perpetua. et quia
 sine te labitur humana mortalitas, tuis
 semper auxiliis et abstrahatur a noxiis,
 et ad salutaria dirigatur. Per Dominum.

Dominica XIV. post Pentecostem.

Duplex maior. 12. lect.

In I. Nocturno.

Lectio I.

Incipit liber Ecclesiastici. cap. 1.
 Omnis sapientia a Domino Deo est, et cum
 illo fuit semper et est ante eum. Arcem
 maris, et pluvie guttas, et dies seculi quis
 dinumeravit? altitudinem caeli, et lati-
 tudinem terra, et profundum abyssi quis

Dimensiones est? Sapienciam Dei proceden-
tem omnia quis investigavit? Prior om-
nium creata est Sapiencia, et intellectus
prudencis ab eis. Fons Sapiencis verbum
Dei in excelsis, et ingressus illius mandata
eterna. Radix Sapiencis cui revelata est,
et astutias illius quis agnovit? Disciplina
Sapiencis cui revelata est et manifestata?
et multiplicationem ingressus illius quis
intellexit?

Q. Sapiencia ubi invenitur? et ubi est
fons intelligentis? et ecce timor Domini
ipsa est Sapiencia, et recedere a malo in-
telligentia. V. quam magnus, qui inve-
nit Sapienciam et scientiam! sed non est
aperimentem Dominum. et ecce. Job. 28.
v. 25.

Lectio II.

Timor Domini delatabit cor, et dabit
spem et gaudium, et longitudinem
vitarum. Timenti Dominum bene erit
in extremis, et in die defunctionis sue
enudicetur. Dilctio Dei honorabilis sa-
pientia. quibus autem apparuerit in
Deo. Diligunt eam in visione, et in agni-
tione magnalium suorum. Initium
Sapiencis timor Domini, et cum fide-
lis in vulva concubitus est: cum elatis
feminiis graditur, et cum iustis, et fide-
libus agnoscitur. Timor Domini scientia
religiosa. Religiositas custodiet et
iustificabit cor, in candidatem atque
gaudium dabit.

Q. Beatus homo, cui donatum est
habere timorem Dei: et timor Dei initium
dilectionis eius; fidei autem initium

ad glutinandum est ei. V. Timor non est
in charitate: sed perfecta charitas foras
mittit timorem. * timor Dei. Euli. 28. Joan.

Lectio III.

Radix sapientie est timere Dominum, et
rami ~~causa~~ illius longo vi. In thesauris
sapientie intellectus, et scientie religi-
tas, execratio autem peccatoribus sapien-
tia. Timor Domini expellit peccatum:
nam qui sine timore est, non poterit iusti-
ficari; iracundia enim animositas il-
lius, subversio illius est. Usque in tempus
iustinebit patiens, et postea redditis in-
canditatis. Bonus sensus usque in tempus
abscondet verba illius, et labia multorum
enarrabunt sensum illius. In thesauris
sapientie significatio disciplinæ: execra-
tio autem peccatori cultura Dei.

R. Quis est homo, qui timet Dominum?
Legem statuit ei in via, quam elegit: ani-
ma eius in bonis demorabitur: * firma-
mentum est Dominus timentibus eum.

V. Mundemus nos ab omni inquinamen-
to carnis et spiritus; perficientes sancti-
ficationem in timore Dei. * firmamentum.

Ps. 24. 2. Cor. 7.

Lectio IV.

Fili concupiscens sapientiam, conserva
iustitiam, et Deus probabit illam tibi.
Sapientia enim et disciplina timor Do-
mini: et quod bene placitum est illi, fides
et mansuetudo, et adimplebit thesauros
illius. Ne sis incredibilis timori Domini;
et ne accipis ad illum duplici corde. ob-
fueris hypocrita in conspectu hominum,

et non scandalizetis in labiis suis. Attende
in illis, ne forte cadas, et adducas animo
me in honorationem; et revelet Deus ab-
sensa tua, et in medio synagoga elidat te.
Inventionem accepisti maligne ad Dominum,
et cor tuum plenum est dolo et fallacia.

¶ Inquisitione Domini recte letificantes
corda: * timor Domini sanctus, permanens
in seculum seculi. V. Per misericordiam
et fidem purgantur peccata: per timorem
autem declinat omnis a malo. * timor.
¶ gloria et timor. Ps. 118. Prov. 15.

In II. nocturno.

Lectio V.

Sermo sancti Augustini Episcopi.
epist. 120. c. 4.

iustitia, que vivit in se ipsa, procul dubio
viva est, atque incommutabiliter vivit.
Sicut autem hoc cum sit in se ipsa vita, etiam
nobis fit vita, cum eius efficiamur utramque
participes: ita cum in se ipsa sit iustitia, etiam
nobis fit iustitia, cum ei coherendo iuste vi-
vamus; et tanto magis minusve iusti su-
mus, quanto magis illi minusve coheremus.
Unde scriptum est de unigenito Filio Dei, cum
et utique Patris sapientia atque iustitia,
et semper in se ipso sit, quod factus sit nobis
Deo sapientia et iustitia. Est plane ille
verus Deus vera iustitia, vel ille verus
Deus summa iustitia, quam profecto sperare
et finire, ea nostra est in hac peregrinatione
iustitia.

¶ Sapientia filius suis vitam inspirat,
et suscipit inquirentes se, et preibit in
via iustitie: * qui tenuerint illam, vitam
credidit habere. V. Initium viae bonae facere

iustitiam: accepta est autem apud Deum
magis, quam immolare hostias. * qui.
Euli. 4. Prov. 16.

Lectio VI.

Serm. 109. De verb. apost.

Amanda est iustitia, et in hac iustitia aman-
da gradus sunt proficientium. Prius est,
ut amori iustitiae non proponantur om-
nia quae delectant. Ipse est primus gradus.
quid est, quod dixi? ut inter omnia quae
delectant, plus te delectet ipsa iustitia;
non ut alia non delectent, sed plus ipsa de-
lectet. Delectant enim quodam natura-
liter infirmitatem nostram, ut cibus
et potus delectant esurientes atque sitien-
tes: ut nos delectat haec lux, quae de caelo
funditur sole exorto. Haec licita: sed delectant
etiam illicita. Iustitia si delectet, utrin-
cat etiam licitas delectationes; et si de-
lectationi, quae licite delectaris, propone
iustitiam. Mentem vestram delectet in-
visibilis, pulchra, casta, sancta, canora,
dulcis iustitia, ut non ad eam timore
cogi mini. Si enim ad eam timore cogi-
mini, nondum delectat.

R. Spera in Domino et fac bonitatem: *
Delectare in Domino, et dabit tibi petiti-
ones cordis tui. V. Salus animo in sancti-
tate iustitiae: et non oblectamentum
super cordis gaudium. * Delectare. Ps. 36.
Euli. 30.

Lectio VII.

Peccare non debes, non timore poenae,
sed amore iustitiae. quando peccabatis,
delectabamini in peccatis vestris. Timor
adducebat vos ad peccandum, an fravitas

249.
uati? Respondetis, suauitas. ad peccatum suauitas adducit, et ad iustitiam timor impingit? Probate vos, inspicite vos. amate iustitiam, quomodo amastis iniquitatem. Digna est iustitia, quo a vobis impetret, et exhibeatis illi, quod exhibuistis iniquitati. apponde iustitiam et iniquitatem. Tantumne digna est iustitia, quantum digna fuit iniquitas? Si amanda est ista, quomodo amata est illa? absit ut sic, sed et animam vel sic! Ergo plus? plus omnino. in iniquitate secutus es voluptatem: pro iustitia tolera dolorem. Jam tibi dicitur: cui me vis? contemne quidquid aliud delectabatur, contemne pro me.

Sapienter cor et intelligibile abstinebit a peccatis: * et in operibus iustitiae successus habebit. X. Qui vult vitam diligere, et diem videre bonum, declinet a malo, et faciat bonum. * et in. Euli. 3. j. Petr. 3.

Lectio VIII.

Peccata contempsisti, parum est, ut contemnas, quidquid te delectabat: contemne quidquid te terrebatur, contemne carceres, contemne vincula, contemne equuleum, contemne tormenta, contemne mortem. Hoc vicisti, ne inuenisti. Inuenimus forsitan aliquos, qui proponunt iustitiae delectationem voluptatibus et delectationi corporis sui. Qui autem pro illa poenas, dolores mortemque contemnat, putas est aliquis in vobis? haec cogitemus, quod profiteri non audeamus. quid cogitamus? ubi cogitamus? Millia Martyrum adiacent oculis nostris, ipsi veri amatores perfectique iustitiae. O amare, o ire, o sibi perire, o ad Deum peruenire! Si armandus est amator invisibilis

pulchritudinis! Hoc quod loquor, magnum est,
 Summum est, perfectum est, optimum est.
 Non habetis? petite et accipietis.

R. Concupiscens sapientiam, serua iusti-
 tiam, et Deus probebit illam tibi: & sapi-
 entia et disciplina timor Domini. V.
 In timore Dei fit tibi gloria, et in seculo
 fit tibi cogitatus Dei: et omnis enarratio
 tua in preceptis altissimi. & sapientia.
V. gloria. & sapientia. Euli. j. et g.

In III. nocturno.

Lectio IX.

Incipit epistola catholica beati
 Jacobi apostoli. cap. j. 2.

Jacobus Dei et Domini nostri Jesu Christi
 seruus, duodecim tribubus, que sunt in
 dispersione salutem. Fratres mei, nolite
 in personarum acceptione habere fidem
 Domini nostri Jesu Christi glorio. Ele-
 min si introierit in conventum vestrum
 vir aureum anulum habens in veste can-
 dida, introierit autem et pauper sordido
 habitu, et intendatis in eum, qui indultus
 est veste proclara, et dixeritis ei: tu sede hic
 bene; pauperi autem dicatis: tu sta illic,
 aut sede sub scabello pedum meorum; non
 ne iudicatis apud vos meli ipsos, et facti
 estis iudices cogitationum iniquarum?

R. Altiore te ne quiesieris, et fortiora
 te ne scrutatus fueris; & sed quae precepit
 tibi Deus, illa cogita semper. V. Sicut
 qui mel multum comedit, non est ei
 bonum; si qui scrutator est maiestatis,
 opprimetur a gloria. & sed. Euli. D.

Prov. 25.

Lectio X.

si legem perficitis regalem secundum
 scripturas: diliges proximum tuum sicut
 teipsum; benefacitis: si autem personas
 recipitis, peccatum opera mini, redarguti
 a lege quasi transgressores. quicumque
 autem totam legem servaverit, offendet
 autem in uno, factus est omnium reus.
 qui enim dixit: non moechaberis, dixit
 et: non occides. quod si non moechaberis,
 occides autem, factus es transgressor legis.
 sic loquimini, et sic facite, sicut per
 legem libertatis incipientes iudicari.
 iudicium enim sine misericordia illi,
 qui non fecit misericordiam: superex-
 aliat autem misericordia iudicium.
 §. Homo homini reservat iram, et a
 Deo querit medelam? & in hominem
 similem sibi non habet misericordiam,
 et de peccatis suis deprecatur? U. Si vos
 non dimiseritis, nec pater vester, qui in
 celis est, dimittet vobis peccata vestra.
 in. Luci. 28. Marc. ii.

Leccio XI.

Quid proderit fratres mei, si fidem quis
 se habere, opera autem non habeat?
 num quid poterit fides salvare eum? Si
 autem frater et soror nudi sint, et indi-
 cant vultu quotidiano, dicat autem aliquis
 et vobis illis: ille in pace, calefacimini et
 saturamini; non videritis autem eis,
 quo necessaria sunt corpori, quid proderit?
 si et fides, si non habeat opera, mortua
 est in semetipso. Sed dicet quis: tu fidem
 habes, et ego opera habeo; ostende mihi
 fidem tuam sine operibus, et ego ostendam
 tibi ex operibus fidem meam. Tu credis,
 quoniam unus est Deus: bene facis:

et demones credunt, et contumescunt.

R. Bonum facientes non deficiamus:
tempore enim suo metemus non deficientes:
& ergo dum tempus habemus, operemur
bonum. V. Operamini opus vestrum
ante tempus: et dabit vobis mercedem
vestram in tempore suo. & ergo. Gal. 6.
Euli. 51. Leitio XII.

Vis autem scire o homo inanis, quoniam
fides sine operibus mortua est? abra-
ham pater noster, nonne ex operibus iu-
ustificatus est, offerens Isaac filium suum
super altare? Vides, quoniam fides coo-
perabatur operibus illius, et ex operibus
fides consummata est? Et suppleta est
Scriptura dicens: credidit Abraham Deo,
et reputatum est illi ad iustitiam, et amicus
Dei appellatus est. Videtis, quoniam ex ope-
ribus iustificatur homo, et non ex fide
tantum? Similiter et Rahab meretrice
nonne ex operibus iustificata est, suscipiens
nuntios, et alia via eiciens? Sicut enim
corpus sine spiritu mortuum est, ita et
fides sine operibus mortua est.

R. pro Dominica. Seraphim clamabant
aeter ad aeternum: & Sanctus, sanctus, sanctus
Dominus Deus exercituum: & plena est
omnis terra gloria eius. V. Tres sunt, qui
testimonium dant in caelo, Pater, Verbum,
et Spiritus sanctus: et hi tres unum sunt.
& Sanctus. A. gloria & plena. Yf. 6. j. Joan. 5.

R. Infra hebdomadam. Qui metuisti Domi-
num, diligite illum, et illuminabuntur
corda vestra: respicite nationes hominum,
et scitote: & quia nullus speravit in Domino,
et confusus est. V. Accedite ad eum et illumi-
namini, et vestro non confundetur. & quia.
V. gloria & quia. Euli. 2. Ps. 55.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Matthaeum. cap. 6.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis:
Nemo potest duobus dominis servire:
aut enim unum odio habebit, et alterum
diliget; aut unum sustinebit, et alterum
contemnet. et non potestis Deo servire et
mammono. Ideo dico vobis: ne solliciti
sitis animo vestro, quid manducetis, neque
corpore vestro, quid induamini. et nonne
anima plus est quam esca, et corpus plus
quam vestimentum? Respicite volatilia
caeli, quoniam non serunt, neque metunt,
et aether coelestis pascit illa. et nonne vos magis
stultis estis illis? quis autem vestrum
vigilans potest adiciere ad staturam suam
velut unum? Et de vestimento quid
solliciti estis? considerate lilia agri, quo-
modo vrescunt: non laborant, neque neant.
Dico autem vobis: quoniam nec Salomon
in omni gloria sua cooperatus est sic ut u-
num ex istis. Si autem foenum agri,
quod hodie est, et cras in clibanum mit-
tur, Deus sui vestit; quanto magis vos
radice fidei? Nolite ergo solliciti esse
dicentes: quid manducabimus, aut quid
bibemus, aut quo operiemur? Hoc enim
omnia gentes inquirunt. Scit enim Pa-
ter vester, quia his omnibus indigetis.
Quaerite ergo primum regnum Dei, et
iustitiam eius: et haec omnia adicientur
vobis.

Oratio. ant. Nolite solliciti esse dicen-
tes: quid manducabimus, aut quid bibe-
mus, aut quo operiemur? & Scit enim Pa-
ter vester, quia his omnibus indige-
tis. Matth. 6.

Ad Magnif. ant. quorite primum reg-
num Dei: et iustitiam eius: & et hoc om-
nia adiuventur vobis. Matth. 6.

Feria II.

Lectio I.

De libro Eclesiastici. cap. 2.

Fili auctens ad servitutem Dei, sta in
iustitia et timore, et prepara animam
tuam ad tentationem. Deprime cor tuum,
et sustine: inclina aurem tuam, et susci-
pe verba intellectus: et ne festines in
tempore obductionis. Sustine sustentatio-
nes Dei: coniungere Deo et sustine, ut
crescat in novissimo vita tua. & Omne,
quod tibi applicitum fuerit accipe: et
in dolore sustine, et in humilitate tua
patientiam habe: quoniam in igne pro-
batur aurum, et argentum: homines
vero receptibiles in camino humili-
ationis. Crede Deo, et recuperabis te: et
dirige viam tuam, et spera in illum. Ser-
va timorem illius, et in illo veterasce.
Cetuentes Dominum sustinele miseri-
cordiam eius, et non defleatatis ab illo,
ne cadatis. Qui timetis Dominum, credite
illi, et non evacuabitur merces vestra.
9. Qui timetis Dominum, sperate in il-
lum, et in oblatione veniet vobis mise-
ricordia. quis permansit in mandatis
eius, et derelictus est? aut quis invocavit
eum, et despexit illum? quoniam pius
et misericors est Deus, et remittet in die
tribulationis peccata: et protector est om-
nibus exquirentibus se in veritate. Va-
duplici corde et labiis scelestis, et mani-
bus malefacientibus, et peccatori terram
ingredienti duabus viis. & Vo disolutis
corde, qui non credunt Deo, et ideo non
protegentur ab eo. Vo his, qui perdidit

incontinentiam, et qui dereliquerunt vias
rectas, et diverterunt in vias pravas. Et
quid facient, cum inspiciere ceperit Dominus?
Qui timent Dominum, custodiant mandata
illius, et patientiam habebunt usque ad
inspectionem illius, dicentes: si poeniten-
tiam non egerimus, incidemus in manus
Domini, et non in manus hominum. Se-
cundum enim magnitudinem ipsius, sic
et misericordia illius cum ipso est.

Ex. ex I. et VII. Dominicae precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

Tract. 7. in Joan.

Murus est Deus adversus omnes impetus,
et adversus omnes insidias inimici.
Nolite timere: nec tentat (Diabolus),
nisi permixtus fuerit: constat illum
nihil facere, nisi permixtus fuerit aut
mixtus. Mittitur tamquam angelus
natus a potestate dominante: permit-
tur, quando aliquid petit. Et hoc, fra-
res non fit, nisi ut probeantur iusti, pu-
niantur iniusti. Quid ergo times? am-
ula in Domino Deo tuo: certus esto,
unde te non vult pati, non pateris: quod
permiserit pati, flagellum corrigentis
et non poena damnantis. Ad heredita-
m sempiternam erudimur, et flagel-
lari indignamur? Itaque possidebimus,
et erudiri non debemus? Sufferamus
ergo eruditionem patris. et ait Deus,
quid nobis expediat: id agamus tantum,
ut nos nostrum sanum sit a peccatis:
et quando forte flagellamur in corpore,
spiritum deprecemur. Rogavit eum Pau-
lus, ut auferret ab eo scilicet vulum car-
nis, et noluit auferre. Num quid

perurbatus est, et nunquam contristatus
 dixit se desertum? Magis se dixit, non desertum,
 quia non ablatum est, quod volebat aufari,
 ut illa infirmitas sanaretur. Hoc enim
 invenit in voce medici, sufficit tibi gratia
 mea; nam virtus in infirmitate perfi-
 citur. Unde ergo scis, quod non vult te sa-
 nare Deus? adhuc expedit tibi flagellari.
 Unde scis, quia pulvis est, quod sciat medicus,
 agens ferrum per pulvra? et omne novit
 modum, quid faciat, quousque faciat? Cru-
 delis, qui non audit clamantem, an potius
 misericors, qui vulnus persequitur, ut
 sanat agrotum? Hoc fratres mei, ideo
 dixi, ne quis querat aliquid preter au-
 xilium Dei.

Feria III.

Lectio I.

De libro Eclesiastici. cap. 3.

Fili in mansuetudine opera tua perfice,
 et super hominum gloriam diligereis. quanto
 magnus es, humiliare te in omnibus, et
 coram Deo invenies gratiam: quoniam
 magna potentia Dei solius, et ab humili-
 bus honoratur. altiora te ne quaesieris,
 et fortiora te ne scrutatus fueris: sed quae
 precepit tibi Deus, illa cogita semper, et in
 pluribus operibus eius ne fueris curiosus.
 Non est tibi necessarium, ea quae abscondita
 sunt, videre oculis tuis. * In supervacuis
 rebus noli scrutari multipliciter, et in
 pluribus operibus eius non eris curiosus.
 Plurima enim super sensum hominum
 offensa sunt tibi. multos quoque supplantavit
 suspitio illorum. Cor durum habebit
 male in novissimo: et qui amat periculum
 in illo peribit. † Cor ingrediens duas vias
 non habebit succus, et pravus corde in
 illis scandali dabitur. Cor nequam gravabitur

doloribus, et peccata adiuvent ad peccan-
 dum. Synagoga superbiorum non erit sani-
 tas: frutex enim peccati radicaliter in illis,
 et non intelligitur. Cor sapientis intelli-
 gitur in sapientia, et auris bona audiet cum
 tunc concupiscentia sapientiam. Sapiens
 est intelligibile abstinere se a peccatis:
 et in operibus iustitiae successus habebit.
 ignem ardentem extinguit aqua, et ele-
 gantia resistit peccatis: et Deus prope-
 re eius, qui reddit gratiam: meminit eius
 in posterum, et in tempore casus sui inve-
 nit firmamentum.

Ex II. et III. Dominicae precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

Hom. 34. in Genes.

Numquam super proximum extollamus,
 numquam de nobis sublimia sentiamus:
 et modestia conspiciamur aliis, et
 inferiores haberi conemur tam verbis quam
 rebus: nec unquam eis, qui nobis iniu-
 riam intulerunt, aduersumur, etiam si
 uultis nostris affecti fuerint beneficiis;
 hoc est enim optima philosophia. Neque
 intumelia affecti feroces simus, etiam si
 inferiores nobis sint, qui nobis cum con-
 tendunt: sed mansuetudine et lenitate iram
 comprimamus. Et nihil enim illa potentius,
 nihil illa fortius. Quia animam nostram
 perpetua tranquillitate et quasi in portu
 consistit, et omnis recreationis ac quie-
 scentiae occasio nobis est. Et propter hoc Christus
 in illa docens dicebat: Disite a me, quia
 illis sum et humilis corde: et inuenietis
 quietem animabus vestris. Et nihil enim
 animam ita in tranquillitate et quiete
 consistit, ut mansuetudo et modestia.
 Hoc igitur obsecro, ut ante omnia nobis sit

curo, quo modo animam a turbulentia
vindicemus, et in tranquillum statum
educamus, atque ab omni liberemur ama-
ritudine, quo et ipsi multa fruamur quiete,
et iis, qui familiaritatem nobiscum ha-
bent, sinus blandi. Hoc enim certissi-
mum signum, quo internoscatur vir ra-
tione praevidens, si mansuetus fuerit, si le-
nis, si mitis, si modestus et quietus, si
non quasi serpens ducatur et trahatur aut
ab ira, aut ab aliis affectionibus: sed ra-
tione vincat internos illos incompósitos
motus, nobilitatemque suam seruet, ne
in brutorum ferociam negligenter ha-
generet.

Feria IV.

Lectio I.

De libro Ecclesiastici. cap. 5.

Noli attendere ad possessiones iniquas
et ne dixeris: est mihi sufficiens vita; nihil
enim proderit in tempore vindictae et obduc-
tionis. et ne sequaris in fortitudine tua con-
cupiscentiam cordis tui. Et ne dixeris: quo-
modo potui? aut quis me subiciet propter
facta mea? Deus enim vindicans vindicabit.
* et ne dixeris: peccavi, et quid mihi accidit
triste? et si ipse enim est patiens redditor.
De propinquo peccato noli esse sine metu, ne-
que adicias peccatum super peccatum. Et
ne dicas: miseraatio Domini magna est, mul-
titudinis peccatorum meorum miserebi-
tur. Misericordia enim et ira ab illo cito
proximant, et in peccatores respicit ira il-
lius. et non tardes converti ad Dominum,
et ne differas de die in diem. Subito enim
veniet ira illius, et in tempore vindictae
et ipse det te. 9. Non venies te in omnem
verbum, et non eas in omnem viam:
si enim omnis peccator probatur in duplici
lingua. Esto firmus in via Domini, et in

veritate sensus tui et scientia, et prosequatur
 te verbum pacis et iustitiae. Esto mansue-
 tus ad audiendum verbum, ut intelligas:
 et cum sapientia proferas responsum ve-
 rum. * Si est tibi intellectus, responde
 proximo: sin autem, sit manus tua super
 os tuum, ne capiaris in verbo indiscepli-
 ato, et confundaris. Honor et gloria in
 nomine sensati, lingua vero imprudens
 confusio est ipsius. Non appelleris fururo,
 et lingua tua ne capiaris et confundaris.
 Super furem enim est confusio et poenitentia,
 et devotio pessima super bilinguem:
 furra tibi autem odium, et iniuriam
 et contumelia. Iustifica pusillum et mag-
 num similiter.

Ex III. Not. Dominico precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

Enarrat. in ps. 144.

Spes et desperatio timenda est in peccatis.
 Vide vocem desperantis ad augenda peccata,
 vide vocem sperantis ad augenda peccata,
 quomodo utrique voci occurrit providentia
 et misericordia Dei. Audi vocem desperantis:
 cui inquit, damnandus sum, quare non
 facio quid quid volo? Audi et vocem sperantis:
 misericordia Domini magna est, quando me
 convertero, dimittet mihi omnia: quare
 non facio quid quid volo? Desperat, ut peccet:
 sperat, ut peccet. Utrumque metuendum,
 utrumque periculosum est: vis a despera-
 tione, vis a perversa spe. utrique huius pe-
 riculo et utrique malo quomodo occurrit
 et misericordia Dei? Quid dicis tu, qui despe-
 rando volebas peccare? Jam damnandus
 es, quare non facio quid quid volo? Audi
 scripturam: nolo mortem impij, quantum
 potest revertatur et vivat. Haec vox Dei redu-
 citur ad spem. Sed timendus est alius

laqueus, ne ipsa spe amplius peccet. Quid ergo et tu dicebas, qui spe magis peccas? Quando me convertero, omnia mihi Deus dimittet, faciam quidquid volo. Audi et tu scripturam: ne tardes converti ad Dominum, neque differas de die in diem: subito enim veniet ira illius, et in tempore irae disperdet te. Noli ergo dicere: cras me convertam, cras Deo placebo; et omnia hodierna et hesternae dimittuntur mihi. Verum quidem dicit, quia Deus conversioni tuae indulgentiam promisit: sed dilationi tuae diem crastinum non promisit.

Feria V.

Lectio I.

De libro Eclesiastici. cap. 4.

Noli facere mala, et non te apprehendant. Discede ab iniquo, et deficiant mala ab te. Fili non semines mala in sulcis iniustitiae, et non metes ea in septuplum. et non te iustifices ante Deum, quoniam agnitor cordis ipse est: et penes regem noli velle videri sapiens. et non pecces in multitudinem civitatis, nec te immittas in populum, neque alliges duplicia peccata, nec enim in uno eris immunis. et noli esse pusillanimis in animo tuo: exorare, et facere elemosynam ne despicias. et dicitur: in multitudine animo munerum meorum respiciet Deus, et offerente me Deo altissimo, munera mea suscipiet. et non irideas hominem in amantudine animo: est enim qui humiliat et exaltat, circumspicit Deus. et noli arare mendacium adversus fratrem tuum, neque in amicum similiter facias. g. Memento irae, quoniam non tardabit. Humilia valde spiritum tuum, quoniam vindicta carnis impio, ignis et vermis. In toto corde tuo honora patrem tuum, et gemis matris tuae ne obliviscaris. et memento quoniam nisi

res illos natum non fuisse: et retribuere illis,
quomodo et illi tibi. In tota anima tua time
Dominum, et sacerdotes illius sanctifica.
In omni virtute tua dilige eum, qui te fe-
cit, et ministros eius ne derelinquas. & bau-
reri porridge manum tuam, ut perficia-
tur propitiatio et benedictio tua. Gratia
tibi in conspectu omnis viventis, et mor-
tis non prohibeas gratiam. et non desis plo-
rantibus in consolatione, et cum lugenti-
bus ambula. et non te pigeat visitare in-
firmum: ex his enim in dilectione firma-
eris. In omnibus operibus tuis memorare
misericordiam tuam, et in eternum non perabis.
Ep. ex 1. cl. d. Dominice precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Bernardi abbatis.

Serm. 12. De Divers.

Proxima sunt mors, iudicium, gehenna.
quid horribilius morte? quid terribilius iu-
dicio terribilius? nam gehenna nihil potest
tolerabilius cogitari. quid melius, si quis
ista non trepidat, non expavescit, non timore
recidit? O homo, si pudorem perdideras ad
obilem creaturam pertinentem: si dolorem
in sentiebas afflictionis, quod est etiam car-
nium: vel timorem non amittas, quoniam
et est etiam in mentium. Oneramus
num, et fatigamus in laboribus pluri-
is, et non curat, quia asinus est. Asinus in
nem impellere, si in foveam precipitare
lis; caret quantum potest, quia vitam di-
it, et mortem timet. An non tibi ergo
hum videtur, ut qui modo in mentis in-
spitior fueris, post iumenta quoque ipsa
impellatur abire, et in tormentis positus
cum sentat posteriolem? Tunc ergo homo,
sed in morte separandus es a lionis omni-
is huius corporis, et tam dulce carnis et
ima vinculum amari primo secundum

Prop. De Temp. 46.
B. A.

1361.

Servire nihil aliud agunt, quam ut bono Do-
 mino non serviant, non ut omnino non
 serviant: quia qui noluerit servire charitati,
 necesse est ut serviat iniquitati. ab hoc vitio,
 quod est caput omnium vitiorum, quia inde
 cetera vitia nata sunt, facta est apostasia a
 Deo, eunte anima in tenebras, et male utente
 libero arbitrio, peccatis etiam ceteris confe-
 cutis: ut et substantiam suam dissiparet
 vivens prodige, et per egestatem fieret
 pastor porcorum, qui erat socius angelorum.
 Propter hoc vitium, propter hoc magnum
 Superbis peccatum, Deus humilis venit. Hoc
 causa hoc peccatum magnum, iste ingens
 morbus animarum omnipotentem me-
 dicum de coelo deduxit, usque ad formam
 servi humiliavit, contumelios egit, ligno
 suspendit: ut per salutem tantae medicinae
 curetur huius tumor. Jam tandem erubescit
 homo esse superbus, propter quem fac-
 tus est humilis Deus.

Sabbato.

Lectio I.

De libro Ecclesiastici. cap. 13.

Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, et
 qui communicaverit superbo, induet superbiam.
 Pondus super se tollet, qui honestiori se commu-
 nicat. Et diliori te ne socius fueris. Quid com-
 municabit cacabus ad ollam? quando enim se
 colliserint, confringetur. Dives in iuste egit,
 et fremet: pauper autem letus tacet. *
 Humiliare Deo, et expecta manus eius. At-
 tende ne seductus in stultitiam humiliaris.
 Advocatus a potentiore discede: ex hoc enim
 magis te advocabit. de improbus sis, ne im-
 pingaris: et ne longe sis ab eo, ne eas in ob-
 litionem. de retineas ex a quo loqui cum
 illo: ne credas multis verbis illius; ex multa
 enim loquela tentabit te, et subridens inter-
 rogabit te de absconditis tuis. ¶ Cave tibi et

Attende Diligenter auditui tuo: quoniam cum
 reuerfione tua ambulat. Audiens uero ille
 quasi in fomnis uide, et uigilabis. Omnia uita
 tua Dilige Deum, et inuoca illum in falute
 tua. Omne animal diligit, simile sibi: sicut et
 omnis homo proximum sibi. Omnis caro ad
 similem sibi coniungetur, et omnis homo
 simili sibi sociabitur. * Si communicabis
 caprus agno aliquando, sicut peccator iusto. quo
 communicatio sancto homini ad canonem?
 aut quo pars diuiti ad pauperem? Dona est
 substantia, cui non est peccatum in consecratia.
 et nequissima paupertas in ore impii. cor
 omnis immutat faciem illius sive in
 bona sive in mala. Vestigium cordis boni
 et faciem bonam difficile inuenies et cum
 dolore.

Ex III. et oct. Dominico precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Papae.
 hom. 9. in Ezech.

Mali, quia ipsi uel caelestis regni premia
 uel gehonno esse supplicia non credunt, in
 suis prauitatibus dimissi, a fide et opere cotiam
 alios subvertunt, ut regnum, quod ipsi appe-
 re non uolunt, nec alter assequatur. Hi nam-
 que cum teneriores quoddam bona incipere,
 mala iam deuitare cognouerint, modo iri-
 cando quod in caelis promittitur, modo despi-
 cendo, quod Deus omnipotens de inferni sup-
 pliciis minatur, modo laudando bona tem-
 poralia, et delectationes praesentis seculi al-
 tera persuasione pollicendo, deflaunt mentes
 innocentium, eorumque itinera peruer-
 unt. Gaudent, si quos potuerint a uita reuo-
 care, ad mortem trahere: letantur in
 prauitatibus suis, exultant et in alienis.
 Pro quo (ergo) uitari societas debet malorum,
 et si forte corrigi non ualent, ad imitatio-
 nem trahunt: et cum ipsi a sua malitia

non mutantur, eos, qui sibi coniuuncti fuerint,
 pervertant. Sicut ergo perfecti viri perverfos
 proximos non debent fugere, quia et eos sepe
 ad rectitudinem trahunt, et ipsi ad perversi-
 tatem nunquam trahuntur: Ita infirmi
 quique societatem declinare debent pravorum,
 ne mala, quae frequenter afficiunt, et corri-
 gere non valent, delectentur imitari. Sicut
 verba proximorum audiendo quotidie sumi-
 mus in mente, sicut flando atque respirando
 aerem trahimus corpore. Et sicut malus
 aer apud flatu trahitur in ficiat corpus, ita
 perversa locutio apudne audita, infirmatum
 inficiat animum, ut labeſcat delectatione
 pravi operis, et apudui iniquitate sermonis.

Explicit pars festiva
 De Tempore.